





XXXIV 28. 30.

INSTITUTIONES
ANALYTICAE.

• 66 107 3 877

INSTITUTIONES
ANALYTICÆ
A
VINCENTIO RICCATO
SOCIETATIS JESU
ET
HIERONYMO SALADINO
MONACHO CÆLESTINO
COLLECTÆ.
TOMUS PRIMUS.



BONONIE MDCCCLXV.
Ex TYPOGRAPHIA SANCTI THOME AQGINATIS.
SUPERIORUM AUCTORITATÆ.

*Hoc qui spernit, id est has semitas sapientia, ei denuncio
non recte philosophandum.* Boetius Arit. I. t. c. 1.



PRÆFATIO.

Veteres græci Geometræ certa quadam analyticæ methodo procul dubio ueebantur, qua scilicet elegantissimis, multumque necessariis inventis scientiam ditabant. Hæc tota erat: illud siquidem supponebant, quod quærebatur, & eo supposito per idoneas lineares præparations consequentiam deducebant, donec aut ad postulatum, aut ad locum resolutum pervenirent. Loca resoluta ea vocabant problemata, quæ superiores Geometræ demonstrative resolverant. De hujusmodi methodo nitide quidem, ac breviter loquitur Pappus Alexandrinus in præfatione libri septimi collectionum mathematicarum, ubi singillatim eos omnes libros enumerat, quibus resoluta loca describebantur. Istud Analyticos genus, ut ita dicam, geometricæ, ac linearis plusimum affert utilitatis, ac sœpe sèpius elegantissimas constructiones producit. Iccitco inhibe nostris Institutionibus nonnulla identidem exempla profere non omissimus, ut studiosi eam magni ducere, maturaque ediscere assuecant.

Illud porro mihi nequaquam suadere possum, veteres Græcos eo Analyticos genere usos esse, quod nos Analysis speciosam, aut Algebra nuncupamus, quæ litteris alphabeticis, aut aliis signis quantitates exprimens, data inter & incognita æquationem componit, atque istam idonee retractans, ac resolvens, quæsi problematis obtinet solutionem. Licet enim haud parum studii in veteribus Græcis perlegendis contulerim, ac præsertim Pappo, qui mita eorum inventa omnia breviter complectitur, nullum prorsus hujuscemodi vestigium reperi.

De Algebra græce unus scripsit Diophantus Alexandrinus, quem ad

unum omnes post Christum natum floruisse convenient; et si de firmamento anno magna disceptatio. Tempus, quo hic Analysta vixerit, prouersus ignoratur, nec ut quædam epocha firmetur, satis probabiles conjecturæ assertuntur. Tredecim libros de Algebra dicitur conscripsisse: hi latebris diu abditi fuerunt; tandem ad Gulielmum Xilandrum codex pervenit, qui sex priores libros complectebatur. Hos igitur e græco latine reddidit, & anno 1576. Basileæ typis mandavit. Tunc primum in lucem prodidit Diophantus. Mox anno 1621. eorumdem librorum editio græco-latina facta est a Baccheto de' Mazieræo pluribus notis illustrata. Tertia deum accessit anno 1670. celeberrimi Petri Fermatii quamplurimis commentariis ditata.

De problematibus determinatis, quæ resolutis æquationibus dignoscantur, nihil omnino Diophantus: agit dumtaxat de eo problematum semideterminatorum genere, quæ respiciunt quadrata, aut cubos numerorum; quæ problemata, ut resolvantur, quantitates radicales de industria sunt evitandæ. De hisce brevem, & claram proposuimus idem in libro primo, ubi de problematibus semideterminatis mentionem fecimus.

Antequam Diophanti opera in lucem prodirent, Arabum Algebra ad nos pervenit. F. Lucas Paciolius a Burgo Sancti Sepulcri Ordinis Franciscani primus de Algebra typis mandavit librum; qui ita inscriptus est. *Summa Arithmetice & Geometrie, proportionumque & proportionalitatem.* Venetiis, ut assertie Vallibus, editus est anno 1494, iterumque prodidit anno 1523 in Tusculano pago apud Benaci oras posito. Auctor igitur libri exordio in primæ partis sumario fatetur, plurima a Leonardo Pisano, Jordano, Blasio Parmensi, Joanne a Sacrobosco, & Prosdocimo Patavino desumptissime. Deinde ad finem quasi distinctionis quinque, partis primæ, tres memorat consequentes Algebrae professores Venetiis, nimirum Paulum a Pergola, Dominicum Bragadinum, Antonium Cornarium, quocum F. Lucas audivit Bragadinum, quem Paulus a Pergola edocuerat. Horum scripta vel periere, vel in Bibliothecis occultantur.

F. Lucas fuse differit de arte minori, quæ est Arithmetica, & de majori, quæ est Algebra, in qua resolutionem æquationum quadraticarum usque attingit. Huc Arabes quoque pervenerant: quare F. Lucas, atque Itali Analystæ, qui illum præcesserunt, etiæ simpliciores Algebrae usus, ac expeditiores reddidere; attamen nihil ultra ab illis productum est, quam quæ fuerit accepta. Quo vero nata exordio, quove progressu aucta fuerit hæc facultas inter Arabes, scitu valde difficultimum. Cardanus afferens testimonium Leonardi Pisani, inventorem dicit Mahometum

Alium Moys. Huic accedit Mahometes alter Bagdadinus, Geber, & aliis, quorum nomina vix cognita; neque satis compertum est, utrum de Algebra differuerint, an studio Astronomiae dumtaxat operam nayaverint.

Nihil prossus huic scientia addiderunt, qui ante editionem Artis magnæ Cardani scripsere, ut Michael Stifelius; immo multi ex illis, qui post scripsere, ut Robertus Recordus Anglus, Petrus Nonnius professor Coniobrensis. Neque ultra quidquam fecit ipse Nicolaus Tartalea Brixiensis, in Algebra edita ad calcem suorum Operum, quamvis hujuscemodi scientia progressus, ut mox patebit, ei magna ex parte sic tribuendus.

Anno 1545 in lucem prodiit Ars Magna Hieronymi Cardani Mediolanensis, in qua, præter resolutionem æquationum quadraticarum, resolutionem quoque cubicarum edocet. Cardanus ipse ingenuè faceret, cuinsum hujusmodi inventum sit referendum, Scipioni scilicet Petre Bononiensi, qui primus æquationes cubicas resolvit. Hoc mirum inventum celsvit, nec cuiquam communicavit, nisi Antonio Florido Veneto ejus auditori. Quum porro iste in litterarium certamen descendisset cum Nicolao Tartalea, huic nonnulla proposuit problemata, quæ resolutionem æquationum tertii gradus postulabant. Tartalea, ne primus illi concederer, adeo studuit, ut ad operam solutionem pervenerit. Hujus rei certioriter fecit Cardanum; eique plurimis adductis precibus regulam aperuit, sed demonstrationem reticuit. Cardanus his auxiliis cuncta invenit, atque perfecit, omniumque primus typis mahdavit: hinc factum est, ut formula, in quam resolvitur æquatio tertii gradus, formula Cardanica nuncupetur.

In hoc ipso opere aliud continetur inventum sane memoriam dignum, quod multum ad Algebrae progressum spectat, resolutio scilicet æquationis quarti gradus, sive quadrato-quadraticæ, quam, teste ipso Cardano, Ludovico de Ferrariis ejus auditori debemus. Hanc Raphael Bombellius addidit sua Algebrae editæ anno 1574. In resolutione æquationum parum, aut nihil ad hæc usque tempora adjectum est, quam quod illi Analytæ Itali docuerunt, nihilque aliud repertum præter id, quod T. i opus. opus. 4. adinvenit Vineentius Riccius declarsans, quibus conditionibus affici debeant æquationes eujuscumque gradus, ut a formula quadam Cardanica simili resolvantur.

Algebra tunc temporis litteris alphabeticis, aut aliis signis minime utebatur, nisi ut ignoras quantitates, quæ quærebantur, indicaret; satisque ei erat pro notis quantitatibus numeros adhibere; qui sane ipsius solutiones minus universales efficiebat, datisque mutatis ad calculum o-

maem iterandum cogebat. Hinc solerter quidcm Franciscus Vieta Gallus homo celeberrimus paulo ante annum 1600 usum denominandi quantitates cognitas, & que atque incognitas induxit, quem Arithmeticam speciosam appellavit. Nunc vero consuetudo obtinuit, ut primae alphabeti littere notis dentur quantitatibus, postremq; ignotis. Licet hæc methodus pluribus non ita utilis videri posset; attamen per brevi temporis spatio novâ quadam facie Algebraem donavit. Omnibus enim arithmeticis operationibus ad species accommodatis, facilius æquationes repetiebantur, securius resolvebantur, ac universalissima omnino solutiones efficiebantur, quarum rerum pulchra sane exempla Vieta proponit.

Post Vietam in medium produci merentur Gulielmus Oughtredus Anglus, qui libellum *Clavis mathematica* inscriptum edidit anno 1631, Thomas Hariottus itidem Anglus, cuius Algebra codem anno edita fuit a Waltero Warnero a morte auctoris, qui obiit anno 1611, & Renatus Cartesius Gallus, cuius Geometria, quæ citius Algebra dicenda esset, gallice scripta primum in lucem prodiit anno 1637. Vix credas, quantum facilitatis, & incrementi Algebra perceperit. Hi scilicet factoribus simplicibus multiplicatis æquationum compositionem docuerunt; radices ad quacumque æquationem spectantes ostenderunt; quia etiam radices ipsas in positivas & negativas; in commensurabiles & radicales; in reales & imaginarias scitè divisorunt. Plutimq; deinceps veritates detectæ, plurimique usus fuerunt indicati, unde postea ditata, ac mirum in modum fuit Algebra illustrata.

Hactenus de Algebra puta, minimeque ad Geometriam relata. Quot vero utilitates ab hac relatione perceptæ fuerint, a nemine ignoratur, atque ut nonnulla de hac re exempla in Vietæ operibus legas auctor sum. Attamen hæc pars nondum absoluta, ac penitus evoluta est, nisi a Martino Geraldo Ruggino in opere posthumo inscripto *De Compositione, & Resolutione Mathematica*, edito Romæ anno 1630. In ea siquidem dilucida methodus ediscitur, qua æquationes primi, & secundi gradus, postquam resolutæ fuerint, ad geometricam constructionem duci possunt, earumque radices reales determinari.

Renato Cartesio, quod Analysis curvis accommodaverit, laudi sane maxima vertendum est. Hic enim eatum proprietates ostendit, & æquationes secundo gradu superioris eatum interfectione construit. Præter inventi meritum, doctissimos suorum operum illustratores habuisse, fortunæ tribuendum est, qui suis doctrinis nitidissimum quoddam lumen attulerunt. Hi fuerunt Franciscus & Schooten, Johannes Hudde, Flo-

Florimundus de Baune, Johanes de Witt, qui Cartesium illustrando, de natura, & constructione æquationum, de eorum limitibus, de lecis geometricis, de curvarum elementis, & de ratione geometricas demonstrationes concinnandi a calculo analytico disseruerunt. His addatur recensio interpres, scilicet P. Rabuelius Soc. Jesu, qui de Cartesii Geometria copiosum sane, ac pereruditum commentarium edidit.

Longum esset, omnes hic recensere Analystas, qui post Cartesium hujuscæ facultatis usus faciliores reddidere, quam plurimis inventis locupletarunt. Quidquid scitu dignius erit attingam; eosque, qui inventionis partem sibi vindicant, commendabo. Ac in primis etiæ æquatio prædicta sit radicibus rationalibus, in iis tamen reperiendis plurimum semper elaborandum est. Ad hoc plurimæ methodi ab Analystis prolate. Theoria hæc satis abunde a Clairautio pertractata est, rebusque a Geometra ingeniosissimo edocitis nihil addi posse videtur. Quinimo artes exposuit, quibus factores rationales secundi gradus, qui formulam dividunt, dñoscantur.

Proposito a Tayloio viro acutissimo quodam problemate omnibus Mathematicis non Anglis, Johannes Bernoullius, Jacobus Hermannus, Gabriel Mansfeldius, & Julius de Fagnanis methodum binomia plura, & trinomia resolvendi in factores reales secundi gradus docuerunt. Methodum hanc antea cognitam fuisse Ruggerio Cortesio, ejus opera posthumæ satis indicant. Nam in his legitur elegantissimum theorema pertinens ad divisionem circumferentie in partes æquales, in quo inventio omnis ostenditur. Legendum puto, quod de hac re scriptus Leonardus Eulerus in Introductione ad Analysis infinite parvorum, quod opus satis commendari non potest. Accedit, quod quarti gradus æquationes omnes, etiæ radicibus realibus careant, resolvuntur in factores reales secundi gradus, ut demonstrarunt Gabriel Mansfeldius, Leonardus Eulerus, & P. le Seur.

Idem Eulerus Analysis novum addidit calculum sinuum, & cosinuum, quo nedium ipse, verum cæteri pene omnes Analystæ ejus exemplum sequentes proficie usi sunt, cum in rebus novis reperiendis, tum in jam sepperis simplicitate majore, arque elegantiæ exornandis. Hujusmodi calculum auxit Vincentius Riccatius, atque utiliter eum ad sinus, & cosinus hyperbolicos transtulit, quoniam analogia, quæ inter utrosque intercedit, mirum in modum hanc materiam illustrat. Quin imo idem Scripтор cædem methodo edocuit, quanam ratione ad elegantem, arque geometricam constructionem ducantur illæ formulæ Cardanicæ similes, in quas multæ æquationes superiorum graduum resolvuntur, quæ antea ad An-

arithmetican dumtaxat, non ad Geometriam spectare videbantur: Seriesbus plurimi Scriptores usi sunt, praesertim qui de probabilitate in aleis cogerunt, ut Montmortius, Jacobus Bernoullius, & Moivreus. Arcam si series algebraicas, & geometricas demas, illa poterant numerari, quas in summam redigere, facile cuique esset. Hujusmodi theoriam abunde peccatauit, penitusque evolvit Vincentius Riccatius in libello inscripto *De Seriesbus recipientibus summam algebraicam, aut exponentialem Commentarius*. Si regulis ibi edocet, atque ostensis innitaris, securi dignosces, utrum series summam algebraicam, aut exponentialem habeat, an non; & si habeat, quanam sit, facillime compries. Hæc quod Algebraam puram.

Eadem prout applicata Geometria plurimum aucta est post Cartesium. Isaacus Nevrtonus enumerationem linearum tertii gradus in lucem protulit, licet nulla edita demonstratione, regulisque, quibus usus erat, minime attractis, quippe qui magis sibi ipsi admirationem comparare, quam alios edocere cupiebat. Verum ab acutioribus perceptum est, eam inquisitionem hanc esse in parallelogrammate analytico, quod utilitatis causa a Clarissimo de Gua in triangulum conversum est. Stirnighius Nevrtoniana principia adeo feliciter coepit extricare, ut errores, qui vel ab ipso Nevrtono excederant, sedulus emendaverit. Deinde doctissimus Nicolas in Reg. Ac. Paris. enumerationem linearum tertii gradus edidit, ea omnia principia recensens, quæ Nevrtonus sequi potuerat. Postea Clarissimus de Bragelonne enumerationem linearum quarti gradus demonstrandam suscepit, licet minime consecerit. Diu de punctis multiplicibus disserit, de ramis aurem infinitis parum, aut nihil. His accessit Clarissimus de Gua, qui in docto quodam libro usus Analyseos Cartesianæ ostendit ad detegendas proprietates linearum geometricarum cunctumque gradus. Hujusmodi Scriptor difficultem hanc theoriam quasi perfecisset, nisi, quum de seriesbus judicium proferrer solo primo termino attento, in aliquem paralogismum incidisset. Hæc porro inquisitio absoluta fuit a Gabriele Cramerio in egregio admodum opere edito Genevae anno 1750, quod inscribitur *Introductio ad Analysis linearum curvarum algebraicarum*.

Hunc librum præcesserat Euleri *Introductio ad Analysis quantitatum infinitesimalium*, cuius operis in parte secunda de iisdem rebus agitur, de quibus Cramerus, idest de ramis infinitis, eorumque generibus, de contractibus, de osculis, de punctis singularibus, solitariis, multiplicibus &c. In consequentiis deducendis Scriptores ambo convenienter, licet diffi-

milibus methodis ad eas perveniant. Ambos nos magni facimus, nec unius primas defetimus. In hisce Institutionibus Euleti methodo usi sumus, cum quia tyronum facilitati, tum quia brevitati nostra consulere videosemus.

Huc ad nostra usque tempora pervenit Algebra Cartesiana. Plurimi semper eruditii viri e multis aliquot libris inventa colligete studuerunt, admirum ut difficilem hanc scientiam ubique protraherent, utilesque methodos discientibus ad eam facilius percipiendam suppeditarent. Antiquiores quidem minime proferant veluti Herigonium, & P. de Chales, apud quos Algebra nunc sane imperfecta reperitur. De recentioribus tantum loquar, quos in duplē classē dividendos puto. Prima illorum est, qui aut de omni, aut de aliqua Cartesiana Algebrae parte discrētrunt: alteta corum, qui totius Algebrae cursum perfecerunt de calculo etiam infinitesimali pertractantes, uti & nos decrevimus, huic Volumini alterum addentes, in quo inventa ad calculum differentiale, & integralem spectantia colligantur.

Intet primos recensendus est Johannes Wallisius Anglus in suo de Algebra tractatu historico pratico, qui in secundo tomo suorum Operum legitur; Eques Nevrionus in Arithmetica universali, quod opus sane est tanto Geometriā dignissimum; Marchio Hospitalius, qui in suis sectionibus conicis de aequationibus secundo gradu superioribus agit; Petrus de Mattino; P. Ruggerius Boscovichius, Clairautius, qui concinne quidem declarat, quibusnam gradibus suam Analystę scientiam promovere potuerint; Mac-laurinus in quodam opere posthumo, cui ab interprete nonnulla Euleri capita addita sunt; Saundersonius Anglus, qui duobus longisculis libris nonnisi ad resolutionem aequationum quatri gradus pervenit. Hosce nos Auctores diligentissime evolvimus, & quidquid scientia dignius erat contulimus in hoc primum Volumen, quod ad Juvenum utilitatem typis mandamus.

Perfectum absolutumque cursum primus edidit P. Reineaus Presbyter Oratorii in Gallia anno 1708, quem inscripti *Analysis Demonstrata*. Laudi vettendum est huic operi, quod plurimos arte analytica imbuerit, virosque efficerit. Verum quemadmodum tunc temporis frequenciora doctorum hominum erant inventa, praesertim in calculo integrali, sic brevi illud opus imperfectum evasit. Hac de causa pliorem tractarum scribendum judicavit Christianus Wolsius, quem inscripti *Elementa Analysis mathematicae tam finitorum, quam infinitorum*. Hunc in suo cursu edidit primum Hale Magdeburgice anno 1713, atque in recentioribus

edi-

editionibus plurimum auxit. Hujusmodi Algebra ubique pervagabatur, qui-
que in hanc scientiam incumbebat, ea utebatur. Quoniam vero Wol-
fius nonnisi prima elementa tradenda curavit, & post illum inventa pluri-
ma in Datiis, Academiis, aliisque pertarisi libellis perterrabant, Cajeta-
na Maria Agnesia necessitate arque utilitate Italæ Juvenutis commota,
difficillimum opus aggressa est, ut inventa omnia simul colligeret, ac di-
lucidâ methodo explanaret. Enimvero opus felicissime perfecit, ac duo
doctissima Volumina Institutionum analyticarum anno 1748 typis manda-
vit. Vix credas quanto plausu hujusmodi librum excepit Italia, cuius ope-
rium in modum Analyseos studium percrevit. Longiore oratione id operis
haud commendabo, quem meas omnino laudes longe præstare existimem.

Quum porro hic liber difficillime inveniatur, nec quovis pretio a
studiosis emi possit, quumque quindecim annorum spatio plurima, plu-
rimique facienda inventa huc illue dispersa reperiantur, novum quoddam
opus, quod & facilius possit acquire, & recentiorum inventa completere-
retur, nitideque explearerer, ecepit exopisci. Vincentius Riccarus Soc. Je-
su diu efflagitabatur, ut hujusmodi opus omnibus sane utilissimum ag-
gredieretur. Ipse vero quia magnis distinebarur occupationibus, quæ plu-
rimum temporis illi furabantur, cum quia nonnulla opera perficere maxi-
me disegniebar, novum semper onus detrectavit. Quum vero in dies pe-
titiores urgerent, tandem respondit, se solum id oneris minime posse ag-
redi; si quis ramen idoneus vir auxilium ferret, aliorum voluntari li-
berissime morem gessurum. Hieronymus Saladinus Congregationis Co-
lestinarum Monachus, qui sub ipso Riccato Algebrae cursum jam
pridem perfecit, quique in veterum Analysis peculiari quadam pol-
let industria, ultro sese obenit. Una igitur opus susceptum est:
primum modo Volumen in lucem prodit; alterum vero omni studio, &
alacritate typis evulgabitur.

Libri porro labot sic inter duos Scriptores erat dispertitus. Tocius o-
peris methodum Riccatus disposuit; conscribenda vero capira amice divisa
sunt. Quæ magis subobscura, magisque erant difficultia, Riccarus magno stu-
dio clara, perceptuque reddidit facilia; quin etiam antequam in lucem pro-
ferret, ea Adolescentibus quibusdam suis auditoribus addiscenda tradidit, at-
que experientiæ comperit, ea perquam facilime percipi, ac penetrari. Ce-
tetera vero Saladinus collegit, explicavit, ac multum de suo addidit. Is scri-
pta deferebat amico socio, quibus persensis, atque approbatis, illud tantum
addebat, quod necessaria operis connexio postulabat. Srilum, vero si le-
ctor identidem mutatum cernat, plurimos hunc librum latine reddidisse sciat.

In hoc primo Volumine amicus Lector facillime cognoscat, nihil deesse ex iis, quæ in primo Agnesiæ volumine perleguntur, si nonnullæ methodi de ducendis tangentibus ad curvas demandantur, quæ in altero Volumine reperientur. Multa vero, multumque necessaria in nostro Volumine inveniet, quæ in Agnesia desiderantur. Enimvero nihil dicam de nonnullis doctinis breviori, ac faciliori methodo explanatis, nihil de serie problematum, quæ ad instruendum plurimum valent, tum ob diversimodas rationes, quibus solvuntur, tum ob recondita artificia, quæ adhibita fuerunt. Dicam tantum de additionibus, quas in hisce novis Institutionibus inveniet. Hæ sunt potiores: Methodus ad inveniendam solutionem problematum semi-determinatorum; Principia, & usus calculi sinuum, & cosinuum tam circulatium, quam hyperbolicorum; Demonstrationes proprietatum sectionum conicarum deductæ ex æquatione generali linearum secundi ordinis; Resolutio æquationum, quæ formulam Cardanicæ similem admittunt; Constructio geometrica harum formularum; Methodus ad dignoscendos in quavis æquatione factores rationales primi, & secundi gradus; Demonstratio utilissimi theorematis Ruggerii Corresii; Solutio objectionis haud contremendæ, qua methodum construendi æquationes per intersectionem curvarum oppugnavit Clarissimus Rollius; Methodus determinandi curvas, quibus convenit proptetas dependens a duobus, vel pluribus punctis intersectionis; Methodus inveniendi terminos generales, & summas serierum; Methodus determinandi infinitos curvatum ramos, eorumque genera; Methodus determinandi contactus, oscula, eorumque genera, puncta singularia, conjugata, multiplicia, inflexiones, cuspides, quibus curvæ prædictæ sunt. Hisce additionibus facile speramus, hasce nostras Institutiones perfectas fore, omnibusque inveniis recentioribus exornatas. Non ignoramus, in hujusmodi libris non multum post temporis aliquid deesse: studio enim doctissimorum hominum saepè fit, ut modo methodi faciliores reddantur, modo augeantur, novæ modo theorix feliciter repellantur. De progressu tamen Analyseos adeo solliciti sumus, ut nostro huic Libro hujusmodi infortuuium quamcūdam exoptemus.

INDEX

INDEX CAPITUM

LIBER PRIMUS

De Algorithmo, & de Æquationibus primi, & secundi gradus.

<u>Caput primum.</u>	<u>Algorithmus quantitatum integrarum.</u>	<u>Pag. 1</u>
<u>Caput secundum.</u>	<u>Quantitatum fractiarum algorithmus.</u>	<u>10</u>
<u>Caput tertium.</u>	<u>Quantitatum radicalium algorithmus.</u>	<u>17</u>
<u>Caput quartum.</u>	<u>De resolutione æquationum primi gradus.</u>	<u>28</u>
<u>Caput quintum.</u>	<u>De resolutione æquationum secundi gradus.</u>	<u>34</u>
<u>Caput sextum.</u>	<u>De resolutione problematum arithmeticorum, quæ determinantur.</u>	<u>45</u>
<u>Caput septimum.</u>	<u>De resolutione problematum semideterminatorum.</u>	<u>55</u>
<u>Caput octivum.</u>	<u>De constructione problematum geometricorum primi, & secundi gradus.</u>	<u>66</u>
<i>Accedunt figurarum tabulae duas.</i>		
<u>Caput nonum.</u>	<u>Problematum aliquot geometricorum primi, & secundi gradus solutio exhibetur.</u>	<u>77</u>
<i>Adjungenda figurarum tabula quinque.</i>		
<u>Caput Decimum.</u>	<u>Principia calculi finium, & coſtinuum, ejusque uſus.</u>	<u>98</u>
<u>Caput sequuntur figuratum tabulae due.</u>		

LIBER SECUNDUS

De Lineis seu Locis secundi gradus, & de Æquationibus tertii gradus, & quarti.

<u>Caput primum.</u>	<u>De variis linearum secundi gradus speciebus, ac peculiariter de Parabola.</u>	<u>Pag. 117</u>
<i>Accedit figurarum tabula unica.</i>		
<u>Caput secundum.</u>	<u>De Ellysi.</u>	<u>125</u>
<i>Adjungenda est una tabula figurarum.</i>		
<u>Caput tertium.</u>	<u>De Hyperbole.</u>	<u>136</u>
<i>Unicam habet figuratum tabulum.</i>		
<u>Caput quartum.</u>	<u>De generalibus quibusdam linearum secundi ordinis proprietatibus, quæ ex eorum æquatione eruuntur.</u>	<u>153</u>
<i>Capitis bujus figura in una tabula continentur.</i>		
<u>Caput quintum.</u>	<u>De descriptione linearum secundi gradus.</u>	<u>155</u>
<i>Accedunt figuratum tabulae due.</i>		
		<u>Cæ</u>

Caput sextum. <i>De locis geometricis secundi gradus:</i>	XV
<i>Adjuncta est figurarum tabula una.</i>	Pag. 165
Caput septimum. <i>Resolvuntur nonnulla problemata secundi gradus indeterminata.</i>	171
<i>Due sunt figurarum tabulae.</i>	172
Caput octavum. <i>De transformatione aequationum tertii, & quarti gradus.</i>	187
Caput nonum. <i>De constructione aequationum tertii, & quarti gradus per intersectionem conicarum sectionum.</i>	191
<i>Accedit figurarum tabula una.</i>	191
Caput decimum. <i>Methodus capitis superioris construendi aequationes tertii, & quarti gradus per intersectionem conicarum sectionum omnium difficultate liberatur.</i>	201
<i>Sequitur una tabula figurarum.</i>	201
Caput undecimum. <i>De resolutione analytica aequationum tertii, & quarti gradus.</i>	208
<i>Adjuncta est una tabula figurarum.</i>	208
Caput duodecimum. <i>Per sinus, & cosinus circulares, & hyperbolicos construuntur formulae, quæ inveniæ sunt in resolutione aequationum tertii gradus.</i>	216
<i>Sequitur unica tabula figurarum.</i>	216
Caput decimum tertium. <i>Aliquot tertii, & quarti gradus problemata resolvuntur.</i>	229
<i>Capitis figura tribus tabulis consistuntur.</i>	229

LIBER TERTIUS

De locis tertii, & superiorum graduum, & de aequationibus excedentibus gradum quartum.

Caput primum. <i>De formatione aequationum.</i>	Pag. 242
<i>Duas tabulas analyticas caput exposcit.</i>	242
Caput secundum. <i>De transformatione aequationum, & carumdem reductione per factores rationales.</i>	247
Caput tertium. <i>De resolutione aequationum per factores quoscumque.</i>	247
<i>Adjuncta est unica figurarum tabula.</i>	247
Caput quartum. <i>De seriis terminis, ac summis generali ut.</i>	287
Caput quintum. <i>In quo exhibetur formula generalis eorum aequationum, quæ radicem habent cardanice similem, ejusque ope formula aliquot in irrationali realia resolvuntur, & Cotesianum theorema demonstratur.</i>	308
<i>Unicam figuratum tabulum caput exposcit.</i>	308
Caput sextum. <i>De Parabolorum, & hyperbolorum familia, & de illis, quæ paraboloides vocantur.</i>	314
<i>Una sequitur tabula figurarum.</i>	314
Caput septimum. <i>De curvis excedentibus gradum secundum, quæ per instrumenta delineantur.</i>	318
<i>Ad-</i>	318

<i>Adjungenda sunt tabulae figuratum sex.</i>	
Caput octavum. <i>De curvarum ramis in infinitum excurrentibus, &c; de asymp-</i>	<i>349</i>
<i>Caput novum.</i> <i>De contactibus, & que oculis.</i>	<i>341</i>
<i>Adjungitur figuratum tabula unica.</i>	
Caput decimum. <i>De figura linearum curvarum in spatio finito.</i>	<i>356</i>
<i>Duas figuratum tabulas caput requirit.</i>	
Caput undecimum. <i>De resolutione, &c; constructione aequationum per intersectiones curvarum.</i>	<i>362</i>
<i>Una sequitur tabula figuratum.</i>	
Caput duodecimum. <i>Superiorum graduum problemata aliquot sum determinata,</i>	
<i>sum indeterminata solvuntur.</i>	<i>368</i>
<i>Adjunguntur figuratum tabulae duas.</i>	
Caput decimum tertium. <i>De inventione curvarum ex datis proprietatisibus linea-</i>	
<i>rum, que a pluribus sectionis punctis definitur.</i>	<i>381</i>
<i>Indiges Caput figuratum tabula unica.</i>	

7

LIBER PRIMUS

DE ALGORITHMHO, ET DE ÆQUATIONIBUS

PRIMI ET SECUNDI GRADUS.

CAPUT PRIMUM

Algorithmus Quantitatum Integrarum.

Quantitates integræ aliz simplices vocantur, aliz compositæ; Ex sunt quæ unico termino continentur, hæ quæ pluribus. Nos hic de simplicibus prius, de compositis deinde agemus.

1. Additio quantitatum simplicium hoc signo + fit, quod apud Analyseos Scriptores idem significat ac plus; Quare si quantitatem a quantitati b addere velimus, hoc modo scribimus $b+a$, vel $a+b$, quod significat a plus b, vel, quod idem est, b plus a, quæ summa vocatur.

2. Si quantitates addendæ eadem littera exprimantur, veluti si quantitas a quantitatibz addi debeat, scribere possumus $a+a$, sed melius, quia brevius scribimus $2a$; quod idem dictum existunt tirones, si quantitates a plures quam duæ sint, ad summam enim earum omnium habendam satis erit ipsi a numerum præponere, qui, quot vicibus accipiat ipsa quantitas, offendat. Hic porro numerus Coefficiens appellatur, cuius est in allato exemplo indicare, ita se habere $2a$ ad a , ut a ad unitatem; hinc cuiuscunq; quantitatibz, que nullum habeat coefficiensem expressum, coefficiens est unitas. Quod si quantitates, quæ addi debent, eadem littera exprimantur, & coefficienter habent præpositos, tunc facta coefficientium summa iuxta vulgaris arithmeticæ regulas, eam communis litteræ præponemus; ut si $2a$ addere velimus $3a$, erit summa $5a$.

3. Subtræctio quantitatum simplicium fit hac horizontali lineola —, quæ significat minus, præponiturque subtrahendæ quantitatibz. Si a velis a b subtrahere, scribe $b-a$, quod valet b minus a. Si quantitates eadem littera exprimantur, sufficiet si coefficiens a coefficiente subtrahabis, & si quid superest, communis litteræ præponas. Si ergo de $5a$ velis derabere $3a$, quoniam de 5 subducto 3 remanet 2 , patet reliquum esse $2a$. Manifestum est, quod si subtrahenda quantitas minor illa fuerit, unde subtrahi debet, differentia erit positiva, hoc est nihilo major, si æqualis, differentia erit nulla, hoc est nihilo æqualis, si tandem major, differentia erit negativa, hoc est nihilo minor. Nihilum autem vocari solet zero, & exprimitur hac nota 0.

4. Ut autem hærum quantitatibz, quæ negativæ appellantur, rectam fibi idem comprehendunt tirones, diligenter animadventant, eas licet minores quam zero, non ideo habendas esse veluti absurdas, aut impossibilites, sunt enim verae & reales æque, ac positivæ. Nam sicut quantum positivarum est, veros, & reales lupra zero excessus, indicare, ita negativarum est a zero veros, & reales defectus exhibere. Igitur sive sit $a+b$, sive $a-b$, erit quantitas b in utroque casu realis. In eo positum est omne dilectionem, quod quantitas b negativa in-

A

cata

casu secundo intelligi debeat ferri in partes omnino ab iis aversas, in quas tendit in primo, factio inde initio, ubi quantitas sequatur zero: hinc si $a + b$ montis altitudinem quamdam indicet supra horizontem, $a - b$ vallem indicaret tantundem infra ipsum depressam; ac si in primo casu b iter significaret Bononia Romanam versus, in secundo a quale iter Bononia Mutinam versus ostenderet.

5. Ex his descendit negativarum quantitatuum additionem signo $+$ fieri oportere; nam si signo $+$ uteremur, ipsa e negativis transirent ad positivas; igitur si $-a$ addi debeat $-b$, scribendum erit $-a - b$, vel quod idem est $-b - a$; si sit addenda quantitas $-a$ quantitati $-a$ summa erit $-a - a$ &c. Descendit secundo quantitatuum negativarum subtractionem fieri debere signo $-$: si enim contrario signo uteremur, non subtraction, sed additio juxta superioris dicta habetur. Sit igitur subtrahenda quantitas $-a$ de $-b$, erit differentia $-b + a$; si quantitas eadem littera exprimatur, satis erit si subtrahantur coefficientes; ita si $-z a$ subtrahere debeas de $-5 a$, reliquum erit $-3 a$. Hic etiam animadvertere juverit, negativam fore differentiam, si cum subtrahis $-a$ de $-b$, a minor quam b fuerit, differentiam fore nullam, si $-a$ sequet $-b$; si vero $-a$ excedat $-b$, differentiam fore possum, quod ad ea declaranda, que de quantitatibus negativis dicta sunt, plurimum valet.

6. Patet etiam quomodo positivis quantitatibus negativae, aut negativis positivae vel addi debeant, vel subtrahi, nempe scribendas esse aliam post aliam eodem ipso, quo praeditae sunt signo, quem de additione est sermo; si vero de subtractione agatur, mutato subtrahendarum signo. Notandum hic, quantitatem quamlibet vel solam, vel ante alias possum, quae nullum habeat praeponitum signum, eam positiuo signo aff. Etiam esse intelligendam. Si quantitates, de quibus loquimur, eadem exprimant littera, ad summam habendam satis erit subducere coefficientes, & reliquo signum illius apponere, quae major est. Ergo summa $5a - 2a$ erit $3a$; summa vero $2a - 5a$ erit $-3a$; summa $2a - 2a$ erit zero. Ad habendam vero differentiam satis est addere coefficientes, & summam afficere eo signo, quo praedita est quantitas, de qua sit subtractione: Ita si detrahas $-3a$ de $5a$, reliquum seu differentia erit $8a$; si detrahas $-2a$ de $2a$, erit differentia $-4a$ &c. Contra si $5a$ detrahas de $-3a$, relinquetur $-8a$, si $2a$ ex $-2a$, reliquum erit $-4a$. Facilius haec percipit is, qui ea teneat, quae numero 4. expoziuitus. Si enim quis interroget, quantum viator, qui hinc profectus Mutinam versus tria millaria consecerit, distet ab eo, qui hinc pariter Romanum versus ad quantum persenerit lapidem, nonne statim respondeas, illum distare paucum octo milibus? Reste quidem. Ergo nulli dubium esse potest, quin $-3a - 2b$ distet $8a$, quae distantia ipsarum erit quantitatuum differentia.

7. Quantitatuum simplicium multiplicatio fit sola litterarum coniunctione, nullo inter ipsas interposito signo; quare si velimus a per b multiplicare, scribimus ab . Quantitates, quae invicem multiplicantur, discuntur factores, id autem, quod ex multiplicatione oritur, factum seu productum appellatur. Sicuti vero, quae multiplicari debent quantitates, vel ambae positivae sunt, vel ambae negativae, vel earum altera positiva, altera negativa; ideo in signis producto appendendis hanc sequimur rationem, ut si quantitates eodem afficiantur signo vel positivo, vel negativo, producto signum positivum apponamus, negativum vero si contra. Hinc si multiplicemus $+a$ per $+b$, vel $-a$ per $-b$, erit in utroque casu productum $+ab$; si contra multiplicemus $-a$ per $+b$, seu $+a$ per $-b$, ex productum $-ab$.

8. Hu-

8. Hujus rei in promptu est ratio. Quoniam multiplicator nihil aliud ostendit, nisi quoties multiplicanda quantitas sit accipienda, jam si huc positiva sit, & ille pariter positivus, erit quoque productum, ut patet, positivum, eoque major, quo multiplicator ipse major erit; & minus, quo minor; ergo si multiplicator sit zero, erit zero etiam productum; ergo si magis decrescat multiplicator, & fiat minor quam zero, hoc est negativus, etiam productum magis decrescat necesse est, itaque minus quam zero, seu negativum. En igitur quomodo sit manifestum, productum positivum quantitatis per negativam multiplicata, esse negativum. Suppone modo quantitatem negativam per positivam multiplicari oportere. Jam ex demonstratis erit productum negativum, & eo minus in hoc ordine, hoc est tanto minus quam zero, quanto ipse multiplicator crevit, seu major est, & quanto multiplicator fiet minor, tanto productum erit minus in ordine negativorum, hoc est tanto proprius accedit ad zero; ita ut crevit, semper productum, si decrevit multiplicator: ergo quum hic est zero, productum erit zero: ergo si magis etiam multiplicator decrevit, nempe si negativus fiat, crescit magis productum, adeoque erit major quam zero, ac con sequenter positivum; quantitas igitur negativa per negativam multiplicata productum dabit positivum. Hinc patet regula numero praecedenti assignata.

9. Si quantitates invicem multiplicandæ plures, c'sent quam. duz, eodem prorsus modo se res habet. Duas enim prius multiplicabis, deinde harum productum per tertiam, &c. sic deinceps. Quæratur ex. gr. productum trium quantitatum $a, -b, c$; duarum $a, -b$ erit $-ab$, si hoc per c' multiplices, habes $-abc$ productum quæsumum. Si quantitates coefficientibus praeditæ sint, eorum productum producto quantitatum est præfigendum, iisdem quoad signa manentibus, que jam tradidimus. Igmar productum quantitatis $-3a$ in $9b$ ductæ erit $-27ab$, productum $4a$ in $3b$ erit $12ab$. Animadvertant etiam, qui huc legendunt, idem else, & eandem exhibere: quantitatib' ab & b^2a ; nam locorum diversitas, que in vulgaris arithmeticis tantum potest in numerorum valoribus immutandis, in algebra vim habet omnino nullam.

10. Quoniam quantitates, que multiplicantur, duz sunt & æquales, iisdemque signis affectæ, ex. gr. si multiplicetur a per a, productum $a \cdot a$ secunda dicitur ipsius a potestas, seu potentia, seu dignitas, seu quadratum, idque nihil aliud significat, nisi quod ea quantitas, per se ipsam fuerit multiplicata; ipsa vero a tantum dicitur prima ejusdem a potestas. Si. quantitates tres fuerint, productum $a \cdot a \cdot a$ vocatur potestas tertia, sive cubus; $a \cdot a \cdot a \cdot a$ potestas quarta, seu quadrato-quadratum, &c. sic in infinitum; non utimur tamen eo scribendi modo utpote nimis incommodo, præfictum si valde crescat potestas; sed hunc, potius usurpamus, a^2, a^3, a^4, a^n ita ut a^2 sit idem ac aa , a^3 idem ac aaa , a^n vero idem ac potestas, quæcumque per ipsum n: expressa. Hi porro numeri litteræ superimpositi: vocantur exponentes, ea de cœla, quod aliquam ipsius: quantitatis exponunt, seu indicant potestatem. Magnum igitur inter coefficientem atque exponentem intercedit discribens; atque inde longe aliud est $a \cdot a$, quam a^2 ; nam si a sit ex. gr. 4, $2a$ erit 8, at a^2 , nempe $a \cdot$ quadratum, æquale erit 16.

11. Cum de quantitatibus ejusdem potestatibus agitur, ut eas invicem multiplicares, summam exponentium appones litteræ communi tamquam exponens, &c. potestas inde orta erit productum, quod quærebatur: omnino id planum est; nam

Si a^3 per a^3 velis multiplicare, nonne productum erit $a \cdot a \cdot a \cdot a \cdot a$? atqui hoc ex num. super. idem est atque a^5 , & hujus potestatis exponentis 5 est summa exponentium 2 & 3, ergo &c. Patet hinc etiam ratio elevandi datam quantitatem ad quamlibet potestatem; scilicet toties inveniendus erit expoens, quoties novas potestatis index postularat, ad quam ipsa quantitas est elevanda, seu quod idem est, exponentis proposita quantitatibus per novum indicem est multiplicandus, rite servatis, quæ ad signa pertinent. Ex. gr. vis b^3 elevare ad potestatem tertiam; ergo ex tradita regula ter erit sumendum, seu per 3 multiplicandus exponentis 2, & scribendum b^6 , quæ erit ipsius b^3 potestas tertia; ita etiam quantitatis a^3 potestas secunda, seu quadratum erit a^6 , potestas tertia a^9 , ita denique si a^n ad potestatem n velis perducere, fiet a^n , ipsius a^n potestas a^{n^m} . Valent hæc eadem, quum agitur de producto ex duorum, vel plurium factorum multiplicatione orto, quale esset ex. gr. $a^2 b^3$; Si enim velimus ipsius potestatem aliquam, sufficiet per quælibet potestatis indicem singularum litterarum exponentes multiplicare. Ergo potestas illius secunda erit $a^2 b^6$, & generatim $a^n b^m$ ad potestatem p elatum erit $a^{np} b^{mp}$. Verum sœpe juvabit indicare tantum operationem, non perficere, apposita supra lineola, cui adjungitur index potestatis. Ita $\overline{a^2 b^3}$ indicat $a^2 b^3$ elevatum ad potestatem n, quod idem est ac $a^n b^m$, & $a^2 b^3$ est $a^2 b^3$ elevatum ad potestatem m, seu $a^{2m} b^{3m}$.

12. Ad divisionem quantitatum simplicium quod attinet, quoniam divisio multiplicationi est contraria, & illud, quod per hanc erat effectum, per illam destruitur, sequitur divisionem fieri, si ex dividenda quantitate dividorem ejicias; quo facto reliquum *questiens* appellatur seu *quotus*, qui per divisorum multiplicatus dividendam quantitatem restitueret. Regula igitur pro signis, hinc, quem dividimus, quanto praefigendis ab ea non differt, quam in multiplicatione tradidimus; nempe signa eadem positivum, diversa negativum signum pro quotiente exhibebunt. Hinc quoniam quantitas $a b$ est productum ex a in b , si eam per a dividas, erit b quotus, qui per a iterum multiplicatus ipsam $a b$ restituit; ita pariter quantitas $-a b c$ divisa per $-a b$ dabit quotum c , divisa per c dabit quotum $-a b$. Quoniam vero quantitates omnes possunt intelligi per unitatem multiplicatæ, hinc est, quod si quantitas aliqua sit per se ipsam dividenda, ut si a dividere debeas per a , quotus erit unitas. Si quantitas habeat coefficientes, præter ea, quæ dicta sunt, quantitatibus dividendis coefficientes per divisoris coefficientem dividere oportet, adeoque si dividas $6a$ per $-2a$, erit quotus -3 .

13. At ea esse potest quantitas dividenda, ut in illa litteræ divisoris, aut nullæ, aut saltem non omnes reperiuntur; quemadmodum si a dividis oporteat per b . Hinc evanescentur fractiones, & eo prorsus modo indicatur divisio, quo in arithmeticæ; idest lineola horizontalis ducitur, supra quam scribitur quantitas dividenda, infra divisor propriis utriusque retentis signis; igitur $\frac{a}{b}$ indicabit a divisam

divisam per b , eritque ipsa fractio quotus ex divisione proveniens. Quantitas supra transversam lineolam posita dicitur *numerator*, quæ infra est, *denominator*. Ita si $3ab$ divididas per $-c$ erit quotus $\frac{3ab}{-c}$, quod idem erit etiam $\frac{-3ab}{c}$: nam fractionis valor, sive quotus ipse in utroque casu erit negativus. Eadem ratione si divididas $-5ab$ per $-3cd$, erit quotus $\frac{-5ab}{-3cd}$ sive $\frac{5ab}{3cd}$ in utroque casu positivus. Quidam fractionem indicant interpositis inter numeratorem, & denominatorem duobus punctis. Ita $a : b$ indicat numeratorem a dividi a denominatore b . Nos plerumque primum modum sequimur. Si autem aliquæ in dividenda quantitate litteræ reperiantur, quæ etiam in divisorie sint, illis tunc ejctis, ea qua dictum est methodo, quod superest fractionis more scribendum: quapropter diviso ab per xb , erit quotus $\frac{a}{x}$. Ratio ex fractionum regulis deducitur, quibus docemur nihil fractionis valorem immutari, si per eandem quantitatem tum numerator, tum denominator dividatur; quod ipsum in arithmeticæ fatus constat. At rei hujus ratio ultima ex eo pendet, quod cum divisor in quotum ductus æquare debeat productum dividendæ quantitatis in unitatem, necessario esse debeat divisor ad dividendam quantitatem, ut unitas ad quotum: idest in casu allato xb ad ab , ut unitas ad $\frac{ab}{xb}$; sed ratio xb ad ab est eadem, ac ratio x ad a , ut novimus ex proportionum regulis; ergo quam proportionem unitas habebit ad $\frac{ab}{xb}$, eandem habebit ad $\frac{a}{x}$. Ergo hæc duæ quantitates erunt prorsus æquales: quod ratiocinii genus ad alios quoscumque casus extendi, manifestum est.

14. In dividenda vero alicujus litteræ potestate per aliam ejusdem potestatem, sufficiet hujus exponentem ab illius exponente detrahere, ut quotum habeas, idest si fuerit dividendum a^4 per a^2 , erit quotus a^{4-2} , seu a^2 : nam si cuti exponentium additione potestates multiplicantur (num. 11.), ita eorum subtractione dividantur necesse est. Hinc si divisoris exponens minor sit quam exponens dividendi, quot exponens erit positivus, si æqualis, quot habebit exponentem 0 , si denique major habebit quotus exponentem negativum. Unde si a^4 divididas per a^2 , quotus erit a^2 ; si per a^4 , quotus erit a^0 ; si per a^6 quotus erit a^{-2} seu $\frac{1}{a^2}$. Etenim quotum ex a^4 divisa per a^2 scimus esse $\frac{aaaa}{aa}$ seu a^2 ; quotum ex a^4 divisa per a^4 esse $\frac{aaaa}{aaaa}$ seu 1 ; quotum denique ex a^4 divisa per a^6 esse $\frac{aaaa}{aaaaaa}$ seu $\frac{1}{a^2}$; Unde patet ratio, quare a^0 æquet unitatem, & idem fint $\frac{1}{a^2}$, ac a^{-2} . Hæc quantitates, quæ exponentes habent negativos, potestates negativæ vocantur, semperque indicant fractionem, cujus numerator est unitas, denominator vero ipsa potestas positiva: sic a^{-2} , a^{-3} , a^{-4} idem sunt

Sunt propositi ac $\frac{1}{a^2}$, $\frac{1}{a^3}$, $\frac{1}{a^4}$.

15. Hæc quoad quantitates simplices. Quantitatum compositarum algorithmus nullo negotio ex simplicium algoritmo proficit. Ut earum summam habeas, facis erit, si eas unam post aliam scribas retentis earum signis; ut habeas residuum, vel earum differentiam, si pariter unam post aliam scribas, mutatis signis earum, quo subtrahenda erunt. In summandis tamen, & in subtrahendis quantitatibus, ex, quo eadem littera exprimuntur, in unam simplicem quantitatem redigantur, uti num. 1, & 3 monuimus. Ex his quantitatibus $a+b-c$, $3a-d+c$ summa erit $4a+b-d$, quantitatum $6x$ $+9y$, $10x-3y$ summa erit $16x+6y$, quantitatum $ab-2ac+c^2$, $-cb$ $+2ac+c^2$ summa erit $2c^2$. Si vero ex $4x+3b$ subtrahas $a+y$ erit residuum $4x+3b-a-y$. Si de $x+b$ subtrahas $-a-b$ erit residuum $x+2b+a$. Si ex $ab+c^2$ subtrahas $-ab+c^2$ erit residuum $2ab$.

16. Quum quantitates addenda sunt, vel subtrahenda, ulus docuit Analysis, eas omnes, quo eodem termino constant, in verticali columna scribere. Ita enim uno velut intuitu facile additio, vel subtractione peragitur. Exempla rem efficient clarissimam. Sint addenda quantitates A, B, C, ita terminos dispone, ut identici faciant columnam verticalem, quod factum vides. His ita positis nihil facilius quam efficere summam D.

$$A. \quad a^3 - 3a^2x + 4ax^2 - 2x^3$$

$$B. \quad 2a^3 - a^2x - 2ax^2 + x^3$$

$$C. \quad -a^3 + 2ax^2 + 2x^3 + b^3$$

$$D. \quad 2a^3 - 4a^2x + 4ax^2 + x^3 + b^3$$

Similiter si ex A sit deducenda B, hujus terminos terminis illius similibus suppono, & nullo negotio differentiam C inventio.

$$A. 3a^5 - 2a^2b^3 + 4a^4b + a^4y$$

$$B. \quad a^5 - 3a^2b^2 + 3a^4b + b^4y$$

$$C. 2a^5 + a^2b^3 + a^4b + a^4y - b^4y$$

17. Quantitatum compositarum multiplicatio fit multiplicando singulos unius factoris terminos per singulos alterius, & horum omnium productorum summa qualitum productum dabit. Sit $a+b-c$ quantitas multiplicanda per y ; per hanc igitur, tribus illis terminis juxta regulas simplicium quantitatuum successive multiplicatis, habebimus productum $ay+by-cy$. Multiplicari debeat $a+b-c$ per $y-a$: productum ex y multiplicato per singulos terminos $a+b-c$ erit $ay+by-cy$, si eisdem ducas in $-a$, habemus $-a^2-ab+ac$. Summa igitur duorum productorum $ay+by-cy-a^2-ab+ac$ erit productum qualitum. Quia duas quantitates invicem multiplicandæ sunt, altera sub altera scribitur, tum inferioris termini singuli ducuntur in terminos superioris; produc-

Ea vero scribuntur infra lineolam horizontalem, ea habita cura, ut si qui termini similes proveniant, ii in verticali columna constituantur, quo facilius colligi in summam possint. Exemplum. Sit multiplicanda A per B; ductisque singulis terminis B in singulos A, oritur C, cuius termini similes, ut monimus, in verticali columna sunt positi, qua cura adhibita facile eorum summam D conficio.

$$A: \underline{x^3 + 2x^2y - xy^2 + 2xy^3}$$

$$B: \underline{2x^3 - 2x^2y + xy^2}$$

$$C: \begin{aligned} & 2x^5 + 4x^4y - 2x^4y + 4x^3y^2 - 2x^3y^2 - 2x^2y^3 - x^3y^2 + 2x^2y^3 - 4x^2y^3 \\ & - x^2y^2 + x^4y + x^3y^2 - 4x^2y^2 + 2x^2y^2 \\ & + 2x^3y^2 \\ & - 2x^3y \end{aligned}$$

$$D: \underline{2x^7 + 3x^4y - x^4y + 5x^3y^2 - 2x^3y^2 - 6x^2y^3 - xy^2 + 4x^2y^3 - 4x^2y^3}$$

18. Non abs re fuerit aliquo hic exemplo ea magis ostendere, quæ sum. 7. & 8. dicta sunt; nempe signorum diversitatem exhibere in multiplicatione productum negativum; signa vero eadem positivum. Sit itaque multiplicandum $2a - a$ per $3a - 2a$ quod cum idem sit, ac multiplicare a per a conflat productum esse debere a^2 : atque hoc fieri nequit, nisi iisstantibus, quæ de signis demonstravimus: multiplicentur enim propositi factores, & signa omittantur in terminis omnibus, primo excepto, sine ulla controversia positivo. Habetimus productum $6a^2 * 4a^2 * 3a^2 * a^2$. Jam vero, cum primus terminus $6a^2$ textuplus sit producti a^2 , aliqui procul dubio ex terminis, qui $6a^2$ subsequuntur, negativi esse debebunt, at nunquam fiet, ut productum illud $\neq a^2$, nisi medii duo termini negativi sint, & quartus positivus hoc modo $6a^2 - 4a^2 - 3a^2 + 2a^2$, duo autem termini medii productum sunt earum quantitatum, quæ contraria habent signa; extremi vero productum earum, quæ signa habent eadem; ergo etiam hinc patet, certam esse regulam signorum alibi itatutam.

19. Cum multiplicationem non facere volumus, sed tantum indicare, tunc supra factorum quolibet transversam lineam ducimus, interque ipsos ponimus vel punctum, vel signum X: ita $\overline{a+b}$, $\overline{c-d}$ seu $\overline{a+b} \times \overline{c-d}$ significat quantitatem $a+b$ per quantitatem $c-d$ multiplicatam. Earundem quantitatum, quem volumus indicare potestates, lineola eodem modo pariter ducta supra ipsas, post illam exponentem ponimus; ita $\overline{a+b}^2$ significat quantitatem $a+b$ per se ipsam multiplicatam, seu ejusdem potentiam secundam, seu quadratum; quod ne quæso tirones idem putent esse ac $a^2 + b^2$; longe enim est aliud quadratum integræ quantitatis, aliud summa quadratorum partium ejusdem, quod in numeris etiam videre est: sic etiam $\overline{a+b}^3$ bis in se ductam, seu illius cubum, seu

seu potestatem tertiam &c.; & $\overline{a+b}$ indicat $a+b$ per se multiplicatam totius, quot exprimuntur per $n-1$, seu ipsius potestatem n .

20. Cum agitur de divisione, duplex est easus; vel enim divisor quantitas composita & ipse est compositus, vel simplex; in hoc secundo easa sufficit per divisorem singulos quantitas compositas terminos dividere; Unde si $a+b-c-b-d-b$ dividere oporteat per b , erit quotus $a+c-d$, & omnia eo peragentur modo, quo num. 12.; hinc eadem quantitas $a+b-c-b-d-b$ per x divisa dat pro quo $\frac{ab+bc-cd}{x}$; quantitas $ab+bc-cd$ divisa per b dabit $\frac{ab+bc-cd}{b}$,

vel $a+c-\frac{cd}{b}$ quotum partim integrum, partim fractum; quotus denique $c+a-b+d-b$ quantitatis divisa per abx erit $\frac{c+d}{x}$; quae omnia ex simplicium regulis satis patent.

21. At h̄ etiam divisor fuerit compositus, tune hac methodo rem conficiamus. Quantitatem utramque dividendam scilicet, & eam, per quam dividendum est, secundum aliquam litteram, pro ut magis expedit, ordinamus; quod fit, quem potestatem maximam illius littere scribimus tamquam primum terminum, deinde de potestate proxime minorem in termino secundo, & sic deinceps: ita quantitas $y^3+xy^2+x^2y+x^3$ dicitur ordinata secundum litteram y ; si vero eandem ordinare velimus secundum x , scribendum erit $x^3+xy^2+xy^2+y^3$. Ita rebus dispositis per primum divisoris terminum primum dividendz quantitatis terminum dividimus, & quotientem seorsim scribimus, per quem deinde integrum divisorem multiplicamus, & quod inde oritur productum e dividendo subtractimus. Subtractione facta primum residui terminum per primum divisoris terminum pariter dividimus, ejus divisionis quotum juxta quotum ante habitum scribimus, eo signo affectum, quo gaudet, per eumque divisore multiplicato, & subtrahito producto iterum dividimus, & hac lege procedimus usque dum nihil dividendum superbit; summa omnium quotorum partialium erit quotus totalis.

22. Dividere oporteat quantitatem $ba-db-da-a^2$, quam scribimus in A , per $b+a$, quam scribo in B ; ordinetur utraque formula ex. gr. per a , erit prima $a^2+ba-da-db$, quam scribo in C , altera, quam scribo in E , erit $a+b$. Dividatur modo primus terminus quantitatis, quae est in C nempe a^2 , per primum terminum divisoris nempe per a , & quotus a scribatur in D ; Deinde per hunc multiplicetor divisor, qui est in E , & productum a^2+ba subtractatur de quantitate posita in C , erit residuum $a^2+ba-da-db-a^2-ba$, idest, quoniam quatuor termini a^2+ba-a^2-ba invicem eliduntur, $-da-db$, quod residuum, jam per se secundum a ordinatum, scribatur in M , & illius primus terminus $-da$ per a primum divisoris terminum dividatur; provenit quotus $-d$, quem in D juxta primum quotum ponimus, & per $-d$ multiplicato iterum divisore, & producto $-da-db$ subtrahito de quantitate M , residuum erit $-da-db+da+db$, hoc est zero, adeoque erit quantitas D , idest $a-d$ quotus totalis; & revera si hanc per divisorum multiplicemus, restituitur integra quantitas A .

A.

CAPUT PRIMUM,

,

$$A. \quad ba - db - da + a^2, \quad B. \quad b + a$$

$$C. \quad aa + ba - da - db, \quad E. \quad a + b$$

$$-aa - ba$$

$$D. \quad a - d$$

$$\begin{array}{r} M. -da -db \\ \hline -da +db \\ \hline 0 \quad 0 \end{array}$$

23. Sit dividenda formula in A posita per eam, que est in B. Utraque ordinata est per x : igitur divide $5x^4$ per $5x^2$, & scribe in D quotum x^2 ; per x^2 multiplica divisorem, erit productum $5x^4 + x^3a - x^2ab$, quod subtrah de quantitate A, & habebis residuum primum, quod est in C: primum ejus terminum $-5x^3a$ divide per $5x^2$, & quotum $-3ax$ scribe pariter in D, perque ipsum multiplica iterum divisorem B, & productum $-15x^3a - 3x^2a^2 + 3x^2b$ subtrah de quantitate C, erit E residuum secundum. Divide hujus secundi residui terminum primum $-5x^2ab$ per $5x^2$, & quotum $-ab$ scribe in D, & tertio multiplicando divisorem per ipsum $-ab$, & productum $-5x^2ab - x^2b^2 + a^2b^2$ subtrah de quantitate E; quoniam residuum tertium est zero, absoluta erit divisio, cujus totalis quotiens est ipsa quantitas $x^2 - 3ax - ab$ posita in D.

$$\begin{array}{r} A. \quad 5x^4 - 14x^3a - 6x^2ab - 3x^2a^2 + 2x^2b^2 + a^2b^2, \quad | \quad B. \quad 5x^2 + x^2a - ab \\ \hline -5x^4 - x^3a + x^2ab \end{array}$$

$$\begin{array}{r} C. -15x^3a - 5x^2ab - 3x^2a^2 + 2x^2b^2 + a^2b^2 \quad | \quad D. \quad x^2 - 3ax - ab \\ \hline + 15x^3a \quad + 3x^2a^2 - 3x^2b^2 \end{array}$$

$$\begin{array}{r} E. -5x^2ab - x^2b^2 + a^2b^2 \\ \hline + 5x^2ab + x^2b^2 - a^2b^2 \\ \hline 0 \quad 0 \quad 0 \end{array}$$

24. Esto tertium exemplum formula $9x^3 - y^2 + ab$ dividenda per $3x - y$, diviso termino $9x^3$ per $3x$ habemus quotum $3x$, per quem rite multiplicando divisore, & subtracto producto, primum residuum est $3xy - y^2 + ab$, & diviso $3xy$ per $3x$, & per quotum y iterum multiplicato divitore, & subtractione, erit alterum residuum ab

$$\text{Quantitas dividenda } 9x^3 - y^2 + ab, \quad \text{Divisor } 3x - y$$

$$\text{Primum residuum } 3xy - y^2 + ab \quad \text{Quotiens } 3x + y$$

$$\text{Residuum alterum } ab$$

B

Sed

Sed quoniam residuum illud a/b nullo modo potest per $3x-y$ dividi, patet perfectam divisionem haberi non posse, quare quotus integer erit $3x+y$ una cum fractione $\frac{a}{3x-y}$. In hoc, & similibus exemplis erit igitur quotus ex integris compositus, & fractis. Scribi etiam poterat $\frac{\text{quotiens unius tantum fractionis modo } \frac{9x^2-y^2+ab}{3x-y}}{(3x^2-y^2+ab):(3x-y)}$, vel ut alii faciunt $\frac{9x^2-y^2+ab}{3x-y} : (3x-y)$, quæ omnia primam quantitatem inveniunt per sequentem divisam.

CAPUT SECUNDUM

Quantitatum Fractarum Algorithmus.

Mirabuntur fortasse aliqui quum viderint, nos in tradendo fractionum algorithmo a multiplicatione & divisione initium facere methodi oblitos, quam & alii in analyticis rebus sequuti sunt, nosque ipsi sequuti sumus capite precedenti. At quoniam animadverterint veram methodum postulare, ut a simplicioribus ad ea, quæ minus simplicia sunt, gradus fiat, & in fractionibus simpliciores longe esse multiplicationem & divisionem, quam summam & subtractionem, non erit cur nobis successeant.

1. Unde orientur fractiones jam supra docuimus Cap. 1. Num. 13., nunc illud est in memoriam revocandum, quod in proportione geometrica docemur, nempe exponentem rationis, quam habet antecedens ad consequens, nihil aliud quam fractionem, cuius numerator est antecedens, consequens denominator; ita exponens rationis a ad b erit fractio $\frac{a}{b}$. Scimus etiam quod si a , & b per eandem quantitatem multiplicentur aut dividantur, non ideo immutatur eorum ratio: atqui per multiplicationem aut divisionem ejusmodi exponentis numerator & denominator multiplicantur aut dividuntur; ergo per hoc quod numerator & denominator cujuscumque fractionis per eandem quantitatem aut multiplicentur aut dividantur, non immutatur fractio; ergo $\frac{a}{b}$, $\frac{ac}{bc}$, $\frac{ad}{bd}$ sunt fractiones æquales.

2. Patet, fractionem æquare unitatem, si numerator denominatorem æquat; superare, si numerator denominatorem superet; deficere vero ab unitate, cum numerator denominatore minor est.

3. Jam vero ut multiplicemus fractionem ex. gr. $\frac{a}{b}$ per quantitatem integrum c , sufficit si per c numeratorem multiplicet, id est si $\frac{ac}{b}$ scribas; nam $\frac{a}{b}$ in c nihil aliud est, quam productum ex a in c divisum per b ; hinc si fractionis multiplicator denominatori esset æqualis, tunc productum erit quantitas integra, quæ numeratoris locum obtinebat; ita $\frac{a}{b}$ in b dabit $\frac{ab}{b}$ id est a .

4. Quum

4. Quum vero divisio e regione multiplicationi opponatur, ideo si fractio ex. gr. $\frac{a}{b}$ dividenda sit per c , non numeratorem, sed denominatorem per c multiplicabimus, & erit quotus $\frac{a}{b^c}$. Nam quum fractio, multiplicatio per eandem quantitatem numeratore & denominatorem, non immutetur, discimus multiplicationem numeratoris esse quid directe contrarium multiplicationi denominatoris. Ergo quum eadem oppositio sit inter multiplicationem & divisionem, oritur per multiplicationem denominatoris divisio, sicuti ex multiplicatione numeratoris orta est multiplicatio.

5. Quod si ipsam quantitatatem integrum c per fractionem puta $\frac{a}{b}$ dividere velis, tunc nova exurget fractio, cujus numerator est c ; denominator vero $\frac{a}{b}$. Multiplica per b hujus novae fractionis numeratorem & denominatorem; fiet igitur ille $c b$, hic autem a (num. 1.) ergo quotiens quæfitus erit $\frac{cb}{a}$. Unde oritur regula universalis, quæ docet, tunc dividi quantitatatem integrum per fractionem, quom integra quantitas ducitur in fractionis denominatorem, productumque per numeratorem dividitur.

6. Si fractio per fractionem sit dividenda ex. gr. $\frac{a}{b}$ per $\frac{y}{x}$, tunc habemus fractionem novam, cujus numerator est $\frac{a}{b}$, denominator $\frac{x}{y}$: multiplica utrumque per $b x$, erit numerator $a x$ denominator $b y$, ergo quotus noster erit $\frac{ax}{by}$. Unde regula universalis est, tunc fractionem per fractionem dividi, quum numerator dividendæ ducatur in denominatorem dividentis, & denominator illius in hujus numeratorem. Quæ demonstratio iis etiam accommodari potest, quæ de divisione quantitatis integræ per fractionem dictæ sunt paulo ante, quælibet enim Integra quantitas haberi potest tamquam fractio, cujus ipsa est numerator, denominatorem unitas.

7. Sicuti autem hæc operatio directe opposita est illi, qua quis numeratorem per numeratorem, & denominatorem per denominatorem multiplicaret, hinc est quod bac via fractionem per fractionem multiplicationem obtinebimus: Ergo $\frac{a}{b}$ in $\frac{y}{x}$ dabit productum $\frac{ay}{bx}$.

8. Quæ hactenus diximus, quamvis simplicium quantitatum exemplis earumque positiivarum sint declarata, valere tamen in quibuscumque quantitatibus & fractionibus patet ex videmonstrationum, quæ universales omnino sunt; hinc fractio $\frac{a+b}{c-d}$ æquat $\frac{a x + b x}{c x - d x}$, $\frac{y a b - c a b}{z a b}$ æquat $\frac{y - c}{z x}$, & $\frac{a b - a c}{-x b + x c}$ æquat $\frac{a}{-x}$ seu $\frac{-a}{x}$. Pariter a in $\frac{a-x}{c+d}$ dabit $\frac{a - ax}{c+d}$, & $\frac{a-x}{c-d}$ divisa per a erit $\frac{a-x}{c-a d}$, & a divisa per $\frac{x+y}{z}$ erit $\frac{z a}{x+y}$. Ita $\frac{x+y}{a-z}$ in $\frac{x-y}{a+z}$ dat productum $\frac{x^2 - y^2}{a^2 - z^2}$. Demum $\frac{x+z}{c}$ divisa per $\frac{-d^2}{x+z}$ dabit quotum $\frac{x+z}{-c d^2}$, seu

$$\text{scilicet } \frac{x^2 + 1xz + z^2}{-cd^2}.$$

9. Antequam veniamus ad summam vel subtractionem fractionum a fractionibus vel ab integris quantitatibus, regula tradenda est, qua ipsae fractiones, & integræ quantitates in fractiones mutari possint ejusdem denominatoris, qua tradita nulla supereft difficultas. Ur quantitas a in fractionem vertatur, quæ habeat denominatorem communem cum data fractione $\frac{y}{x}$, ipsa quantitas a multiplicetur & dividatur per illius fractionis denominatorem, nempe per y , fietque $\frac{ay}{y}$. Dux pariter fractiones ad eandem denominationem reducuntur simili ratione. Sint $\frac{a}{b}$, $\frac{x}{y}$, multiplica numeratorem, & denominatorem unius per alterius denominator, & vice versa; fiet igitur prima $\frac{ay}{by}$, altera $\frac{bx}{by}$, quarum est communis denominator by .

10. Nulla major est difficultas si fractiones ad eundem denominatorem reducendas plures sint quam duæ ex. gr. $\frac{3a}{2b}$, $\frac{8a+5c}{a-c}$, $\frac{y}{x}$, possint enim reduci prius duæ ex. gr. $\frac{3a}{2b}$, $\frac{y}{x}$, quæ in has mutabuntur $\frac{3ax}{2bx}$, $\frac{2by}{2bx}$; Deinde ad eundem denominatorem reducantur $\frac{2by}{2bx}$, & tertia $\frac{8a+5c}{a-c}$, erunt $\frac{2bya - 2byc}{2bx(a - c)}$, $\frac{16abx + 10bcx}{2bx(a - c)}$ ad quem denominatorem perveniat etiam fraction $\frac{3ax}{2bx}$, si per $a - c$ multiplicetur & dividatur, fietque $\frac{3ax - 3acx}{2abx - 2bcx}$. Ex his exemplis eritur regula universalis. Tunc fractiones quotquot sint ad eandem denominationem rediguntur, si denominator communis habet productum omnium denominatorum, & quisque numerator multiplicetur per productum reliquorum denominatorum dempto peculiari fractionis, cuius multiplicatur numerator.

11. Sint ad eandem denominationem reducenda fractiones tres $\frac{c}{a+b}$, $\frac{y^2}{a-b}$, $\frac{x+z}{a}$; quare productum trium denominatorum erit illud $a^2u - b^2u$, hic ergo erit communis denominator; multiplica nunc c per productum $\frac{a-b}{a+b}$, nempe $cu - bu$, fiet fractio prima $\frac{cau - cbu}{a^2u - b^2u}$, multiplica y^2 per $au + bu$, erit altera fractio $\frac{y^2au + y^2bu}{a^2u - b^2u}$, multiplica $x + z$ per $a^2 - b^2$, erit denique fractio tertia $\frac{a^2x + a^2z - b^2x - b^2z}{a^2u - b^2u}$, & ita tres datæ fractiones, quarum valor idem est qui antea, ad eundem denominatorem perductæ sunt.


12. Nitidius procedit res, cum denominator fractionis alicujus est factor de-

nominatoris alterius, ut contingit in duabus $\frac{a}{b}, \frac{c}{y b}$, ubi b factor est denominatoris $y b$; tunc enim altero factori y adhibito, & per illum tota fractione $\frac{a}{b}$ multiplicata habemus intentum.

13. Cum fractiones ad eundem denominatorem scimus reducere, tunc nullo negotio fiet earum summa, & subtraction. Si quæratur summa fractionum $\frac{c}{b}, \frac{x}{a-b}, \frac{z+d}{u}$, reducantur ad eundem denominatorem, & in has mutentur; $\frac{cau-cbu}{bau-b^2u}, \frac{xbu}{bau-b^2u}, \frac{zab+dab-zb^2-db^2}{bau-b^2u}$, deinde fiat omnium numerorum summa, ex cap. præc., eique communis denominator linea interposita supponatur, erit ita summa, quam quærebamus,
 $\frac{cau-cbu+b\cdot bu+zab+dab-zb^2-db^2}{bau-b^2u}$. Subtrahi debeat fractione $\frac{c}{b}$ de $\frac{x+z}{a-u}$. Reductæ ad eundem denominatorem erit prima $\frac{ac+uc}{ba+bu}$, altera $\frac{bx+bz}{ba+bu}$; nunc si primæ numerator a numeratore alterius subtrahatur, & residuo subscriptetur communis divisor, facta erit subtraction. Erit igitur $\frac{bx+bz-ac-cu}{ba+bu}$.

14. Supereft ut de fractionibus ad simpliciorem formam reducendis agamus, quod sane non levis momenti est scindendum. Diximus initio hujus capituli fractionis valorem integrum manere, si per eandem quantitatem cum numerator, tum denominator dividatur. Si quando accidit, ut per communem quantitatem dividè uterque possit, peracta divisione fractio in aliam vertetur ejusdem valoris, sed terminis simplicioribus; ex. gr. si fractionis $\frac{a}{c b}$ numerator, & denominator dividatur per b , ea vertitur in $\frac{a}{c}$, quæ simplicior est. Quo autem major erit quantitas, per quam fractio ita dividitur, eo evadet simplicior, ita ut si divisor sit maximus, fractio ad minimos terminos redigetur; ita fractionis $\frac{a b n+c b n}{x \cdot b n}$ numerator & denominator dividi possunt per n adeoque simpliciter erit fractio $\frac{a b+c b}{x}$; at hujus quoque numerator & denominator sunt per b divisibles, ergo simplicior erit fractio $\frac{a+c}{x}$; quam fractionis formam initio habuisses, si datam fractionem non per n sed per $b n$ divisisses, qui divisor $b n$ cum in casu maximus sit, $\frac{a+c}{x}$ erit maxime simplex fractionis forma.

15. Non tamen primo potest intuitu cognosci, quinam sit maximus quantitatum divisor, quamvis revera formulæ sint divisibles; sed antequam de hoc agamus, sit hujusmodi Lemma. Si duæ quantitates A major, & B minor fiant exacte divisibles per quantitatem P, dico divisa A per B, si quod supereft residuum C, illud etiam fore exacte divisibile per P.



Demon-

Demonstratio. Quotiens ex divisione A per B sit m : ergo $mB + C$ æquabit A; ergo cum A dividì possit exactè per P, etiam $mB + C$ per eandem P exactè dividi poterit; sed etiam B exactè dividitur per P atque adeo etiam mB : ergo per P necesse est dividatur exactè residuum C. Quod &c.

16. Corollarium primum. Quoniam B & C exactè dividi possunt per P, si B per C dividatur ita ut residuum sit D, sequitur ex superiori demonstratione, etiam D esse exactè divisibile per P. Pariter dividi exactè poterit per P residuum E, quod superest facta divisione C per D; & ita porro usque dum ad residuum veniamus, quod sit zero.

17. Corollarium secundum. Duo hic possunt accidere; etenim vel ultimum residuum quantitati P est æquale vel majus; nam minus esse nunquam poterit, quum per P residua omnia exactè dividantur. In primo casu erit b maximus communis divisor quantitatum A, B; quandoquidem major quantitas exactè residua omnia dividere non potest, quum ultimum non possit. In casu altero erit quidem P divisor communis, quum ultimum residuum exactè dividat, sed non erit maximus, nam ipsæ quantitates A, B dividi possent per residuum illud ultimum.

18. Scilicet. Divisimus hic B per C, C per D, quia supposuimus residua successive decrescere. Ceterum si quando accidat, ut aliquod residuum ex. gr. D maior esset quam C, tunc esset facienda divisio D per C, & residuum æquè divisibile esset per P, ut ex lemma confiat.

19. Hoc lemmate praxis continetur, qua maximus duarum quantitatum divisor inventur, quæ anea sine demonstratione exhiberi consueverat. Quæratur communis divisor formularum A, B quæ secundum litteram x sint ordinatæ,

		Quoti
$A - x^3 + ax^2 - c^2x + ac^2$	$B. - x^2 + \cancel{a - y} \cdot x + ay$	\cancel{x}
$M - x^3 + ax^2 - yx^2 + ayx$	$Q. - x^2 + ax$	$-y$
$C. yx^2 + c^2 + ay. - x + ac^2$	$E. - yx + ay$	x
$N. yx^3 - ayx + y^2x - ay^2$	$P. - x + a$	$c + y^2$
$D. c + y^2. - x + ac^2 + ay^2$	$K. - x + a$	t
	0 0	$c + y^2$

Divide primum terminum formulæ A per primum formulæ B, quoniam in illo x majorem obtinet potestatem, & quoti x productum in dividorem B, nempe quantitatatem M subtrahit de A, residuum erit C. Hoc residuum C divide eodem modo per B, & ab illo subtrahit quantitatem N, quæ est productum ex B in quotum $-y$, sic habebis alterum residuum D. Nunc quoniam in hoc residuo minor est x dignitas, quam in B, ideo invertit ordinem, & B divide per D, atque inde subtrahit Q productum ex D in quotum $\frac{x}{c+y^2}$, tertium residuum erit E,

quo diviso per y , reperitur enim in terminis omnibus, habes quantitatem P. Hanc pariter divide per D, & ex ea subtrahit productum ex D in quotum $\frac{t}{c+y^2}$ hoc

est K, residuum erit zero; igitur quantitas P erit communis divisor, quem postulabas. Ratio patet ex Lemmate jam demonstrato; sed ut magis rem teneas, sic argumentemur. Si P diviso per D residuum est zero: ergo P exactè dividit D;

ergo

ergo pariter exacte dividet D ductum in $\frac{x}{z+y}$ hoc est quantitatem Q; Et quo-

niam P dividit eodem modo E, exacte dividet etiam Q+E idest B: ergo etiam B ductum in y seu N; ergo etiam N+D seu C exacte per P dividetur; sed pariter B in x idest M exacte per P dividitur; ergo etiam M+C, quod idem est ac A; ergo & A, & B exacte dividuntur per P, adeoque P communis est earum formularum divisor; sed & maximus sit oportet; nulla enim alia quantitas perfecte residuum postremum divideret, id quod communis divisionis naturam postulare jam vidiimus.

20. Reperiendus nunc sit communis divisor formularum Q, P, quæ secundum b sunt ordinatae.

$$\begin{aligned} Q \cdot ab^2 - b^2 f + ax^2 - fx^2 \\ C \cdot -cab + cfb + ax^2 - fx^2 \\ D \cdot ax^2 - fx^2 + c^2 a - c^2 f \end{aligned} \quad P \cdot ab - bf + ca - cf \Big| \begin{matrix} b \\ -c \end{matrix}$$

Si Q per P dividatur, erit primum residuum C, quo pariter diviso per P, prodie residuum alterum D, quod non ultra potest per P dividi ordinatum secundum b. Non ideo tamen inferi debet quantitates Q, P nullum habere communem divisorum; nam si per litteras a vel f ordinantur, communis earum divisor a-f inventetur. Ratio autem est, quia ut divisor communis reperiatur, necesse est formulas lecundum aliquam divisoris litteram ordinari, quod ex hoc ipso exemplo satis infertur; & quoniam nescimus, quæ litteræ in divisorе contineantur, ideo antequam nullum hujusmodi esse pronunciemus, formulæ secundum litteras omnes erunt ordinandæ, quo factò si divisor communis non prodeat, tunc nullum revera esse constabit.

21. Quamvis quantitas aliqua ex. gr. c dividi non possit exacte per aliam a+b & scribere cogamur $\frac{c}{a+b}$, ut quotum ex divisione indicemus, tamen in his etiam quantitatibus habere possum locum regulæ, quæ de divisione sunt traditæ. Igitur divisa c per a, quotus est $\frac{c}{a}$, hujus productum in divisorum subtrahere ut docuimus de c, erit residuum $\frac{-cb}{a}$, quod iterum per a divisum dat quotum $\frac{-cb}{a^2}$, hic in divisorum ductus dat productum $\frac{-cb}{a^2} \frac{-cb^2}{a^2}$, quod de more subtrahere ex $\frac{-cb}{a}$, habebisque residuum $\frac{cb^3}{a^3}$, quod si pariter dividas per a, erit quotus $\frac{cb^2}{a^3}$, & sic deinceps operationes methodo eadem producta ibit divisio in infinitum & quotus integer fractionis $\frac{c}{a+b}$, æqualis erit seriei infinitis terminis conflanti $\frac{c}{a} \frac{-cb}{a^2} \frac{-cb^2}{a^3} \frac{-cb^3}{a^4} \frac{-cb^4}{a^5}$ &c.

22. Nunc si a & b æquales quantitates essent, fractio nota $\frac{c}{a+b}$ evadet

ret $\frac{c}{2^a}$, series vero in hanc montaretur $\frac{c}{a} \frac{-c}{a} \frac{+c}{a} \frac{-c}{a} \frac{+c}{a}$ &c.; ejus termini vel duo, vel quatuor, vel quilibet numero pares in summam colligantur, erit ea zero æqualis; at si fiat summa terminorum vel unius, vel trium, vel quorumcumque libuerit numero imparium, initio a primo facto, erit summa $\frac{c}{a}$; quæ per se clarissima nemini dubium creare possunt. Jam si utramque summam comparemus cum vero valore $\frac{c}{2^a}$, statim cognoscimus, parium summam seu zero ab eo deficere per $\frac{c}{2^a}$; summam vero imparium nempe $\frac{c}{a}$, eadem quantitate illum excedere, & ita rem se haberet quæcumque accipiatur vel parium, vel imparium terminorum summa. Hac de causa dicitur hæc series parallela.

23. Quod si singamus b majorem esse quam a , tunc seriei nostræ termini successively crescent necesse est, cum sequens terminus nihil aliud sit quam terminus antecedens ductus in $\frac{b}{a}$, quæ quantitas in hac hypotesi erit unitate major; ergo tum summa parium terminorum, tum summa imparium magis ac magis semper recedet a vero fractionis valore, illa quidem per defectum, hæc per excessum. Hujusmodi series divergens appellantur.

24. Si tertio supponamus b minorem quam a , termini successively decrescent, adeoque summae, de quibus dictum est, quo plures terminos colligent, eo ad fractionis valorem accedent magis, cuius accessus cœlia series convergens dicitur.

25. Series igitur tum parallela tum divergens nunquam aptæ erunt valorem fractionis neque verum, neque vero proximum exhibere; at egregie id prestatibz convergens, eoque exactius, quo pluribus terminis summa constabit; ita enim adeo accedit summa terminorum parum ad quæsumum valorem, ut ab illo per minimam quantitatem deficit, & contra ita accedit summa terminorum imparium, ut illum minima quantitate superet, & utraque quantitas tum defectus tum excessus tuto contemni possit. Illud est etiam animadvertendum, quod quo majorem rationem a habet ad b , eo etiam magis termini successively decrescent; ideoque pauciores termini requirentur, ut proximus fractionis valor obtineatur.

26. Si in fractione esset b quantitas negativa, hoc est si esset $\frac{c}{a-b}$, tunc termini seriei omnes positivo signo afficerentur, quemadmodum ex operatione constare poterit, & hoc casu quælibet terminorum summa a vero valore semper deficeret, sed quo priores sumerentur termini, eo magis ad illum accederet.

27. Quamvis autem fractio, quam in seriem redegimus, numeratorem habeat simplicem c & denominatorem binomium $a+b$, non ideo tamen hæc methodus ad hujusmodi tantum fractiones extenditur, sed æque omnes complectitur. Ratio hujus est, quia numerator quilibet ad unicum terminum, quilibet denominator ad binomium perduci nullo negotio potest. Sit enim fractio $\frac{c+d-e}{a+b+x+z}$, si ponamus numeratorem $c+d-e$ æqualem esse quantitatì n , & $a+b+x+z$ æqualem quantitatì m , fractio in hanc vertitur $\frac{n}{m+b}$. Quæ eandem omnino formam habet ac illa, de qua supra loquuti sumus; hac igitur tradita methodo in seriem redacta, & substitutis deinde valoribus m & n , habebimus seriem fractioni $\frac{c+d-e}{a+b+x+z}$ respondentem.

C A P U T T E R T I U M .

Quantitatum radicalium algorithmus.

Quid fint, & quomodo oriantur alicujus quantitatis potestates, dictum est supra Cap. I. num. 10. Nunc illud est animadvertisendum, quod quantitas, ex qua oritur potestas, positiva esse potest, vel negativa. Si primum, patet potestatem quamlibet fore quantitatem positivam, veluti a^2 , a^3 , a^{-1} , a^{-3} , quæ sunt a positiva quantitatis potestates, & ratio est, quia in hisce potestatibus efficiendis semper positivum ducitur in positivum. At si alterum accidat, tunc distinguendæ sunt potestates pares, nempe quarum exponentes est numerus par, ab imparibus, quarum est exponentes numerus impar; nam primæ semper exhibebunt quantitatem positivam, quum in illis negativum semper ducatur in negativum, reliquæ vero dabunt quantitatem negativam, quia in illis semper quantitas negativa per positivam multiplicatur; igitur quantitatis $-a$ potestas secunda a^2 erit ex quantitas positiva, quia oritur ex $-a$. — a , at potestas tercia, quæ oritur ex a^2 . — a , erit quantitas negativa idest $-a^3$. Ex hoc sequitur, quamlibet potestatem parem n quantitatis cuiuslibet $a+b$ æque oriri posse ex $-a-b$, adeoque $\overline{a+b}$, ($\overline{-a-b}$) eandem positivam quantitatem significare; impossibile igitur omnino erit, quantitatem aliquam reperire vel positivam, vel negativam, cuius potestas par sit quantitas negativa; ex quo facile est inferre, quantitatem ver. gr. — a nullius quantitatis esse potestatem, sed tantum productum ex $-a \cdot a$.

2. Adverte, ad designandam potestatem n quantitatis negativæ $-a-b$ usos nos fuisse lunula (, & scripsisse ($\overline{-a-b}$). Hoc signum introducimus ad tollendam æquationem, quæ illo non adhibito facile oriri posset. Etenim $-a^2$ duo possit significare, nempe aut potestatem n quantitatis a signo — afficiendam, aut $-a$ elevandam esse ad potestatem n ; quæ duo cum admodum sint diversa, necesse est ita scribendo distinguere, ut confundi non possint. Morem hunc itaque tenemus, cum lunulam non usurpamus, intelligimus quantitatem positivam a esse ad indicatam potestatem elevandam, & potestati signum illud præfigendum, quod scriptum legitur; ita $+(-a)$, vel a^2 est a elata ad potestatem n , quæ potestas afficit signo +, & $-a^2$ eadem est a ad eandem elata potestatem, quæ potestas signo — afficitur. Scribimus autem lunulam quoties quantitates negative ad potestatem sunt elevandæ; quo in casu signum —, quod est post lunulam, afficit ipsam quantitatem elevandam, signum vero, quod est ante lunulam respicit ejus quantitatis potestatem. Ita $+(-a)$ indicabit potestati n quantitatis $-a$ præfigendum esse signum +; contra $(-a^2)$ potestati eidem præponi debere signum —. Hoc autem facimus vel potestates simplices sint, vel binomiz &c.; quare $+(-a-b)$ indicabit potestatem n quantitatis $a-b$ signo + afficiendam, contra —

tra — ($\overline{a-b}^n$) eidem proponendam signum —. At + ($\overline{-a-b}^n$) ostendet — $a-b$ effundendam ad potestatem n , cui dandum signum +, contra eidem præponendum signum —, si scribas — ($\overline{-a-b}^n$).

3. Quum itaque potestates dispare, si exhibeant quantitates negativas, a quantitatibus negativis ortum ducant, & si positivas, a positivis, ideo ut subtrahamus ($\overline{-a-b}^3$) de c^3 , manifestum est nos posse scribere $c^3 + \overline{a+b}^3$; nam cum quantitas — $a-b$ ad tertiam potestatem producta, ex dictis, habeat terminos omnes negativos, bi, quum subtrahuntur, positivi efficiantur necesse est; ergo idem erit subtrahere ($\overline{-a-b}^3$, ac addere $\overline{a+b}^3$). Eadem serme de causa si de c^2 velimus subtrahere $\overline{a+b}^2$, scribere possumus $c^2 + (\overline{-a-b}^2)$, quod sat tis paret. At non eadem methodo uti possumus, quum agitur de paribus potestatis subtrahendis; neque enim si detrahenda sit potestas $\overline{a+b}^2$, vel ($\overline{-a-b}^2$) de c^2 , sas erit scribere $c^2 + (\overline{-a-b}^2)$ in primo casu, aut $c^2 + \overline{a+b}^2$ in secundo: nam licet mutantur signa quantitatis, unde potestas par oritur, non ideo, ut ostensum est, immutatur ipsius potestatis quantitas, que semper eadem perseverat, & cum iisdem signis; quapropter $c^2 + \overline{a+b}^2$, $c^2 + (\overline{-a-b}^2)$ sunt una, eademque quantitas. De subtractione tantum sermo fuit, quia in additione, quum signa mutari non debeant, nullum erroris habetur periculum.

4. Sieuti quelibet quantitas ad quacumque dignitatem evahi potest, ita quelibet quantitas potest esse dignitas, vel potestas quacumque relate ad diversas quantitates: ita a^6 (Num. 10. c. 1.) est potestas sexta relate ad a , potestas tercia seu cubus relate ad a^3 , potestas secunda seu quadratum relate ad a^2 , & potestas prima ipsius a . Quantitas vero illa, cujus respectu quantitas aliqua dicitur esse potestas, vocatur ejus potestatis radix, & quidem eo nomine quo vocatur potestas. Exemplo res fit clarius. Diximus a^6 esse quadratum, vel secundam potestatem relate ad a^3 ; ita erit a^3 radix quadrata seu secunda relate ad a^6 ; pariter a^2 erit ipsius a^6 radix tercia, seu cubica, quia a^6 est cubus, seu potestas tercia quantitatis a^2 ; sic a erit radix sexta a^6 ; & in genere dicitur radix n quantitas quacumque respectu alterius, quæ illius sit potestas n .

5. Occurrit hic statim per se, operationes directe contrarias esse, quantitatem ad potestatem erigere, & ejus radices extrahere. Ut igitur has inveniamus, methodo utamur necesse erit omnino illi contraria, qua illas obtinamus; quapropter, sicuti in quantitate ad aliquam potestatem erigenda (Cap. 1. num. 11.) exponentem quantitatis per novam potestatis exponentem multiplicavimus, ita per radicis indicem, seu exponentem oportebit illum dividere, ut quæ sitam potestatis radicem habeamus: igitur sicuti ut inveniremus quantitatis a potestatem sextam fecimus $a^{1.6}$ seu a^6 , ita si agatur de extrahenda ex a radice sexta fiet $a^{\frac{1}{6}}$ idest $a^{\frac{1}{6}}$ seu $a^{\frac{1}{6}}$, quæ est ejus potestatis radix sexta; pariter ut ex-

trahamus ex a^6 radicem tertiam, scribemus a^2 , seu $a^{\frac{2}{3}}$, ut extrahamus secundam a^3 seu $a^{\frac{3}{2}}$, & sic de ceteris.

6. Quoad signa radicibus praefigenda, animadvertisendum est quantitatem, ex qua radix educitur, positivam esse posse, & negativam. Si primum, tunc vel radicis index impar est, vel par; si impar, positivo signo affici debet radix, si par, tunc radicis valor non unus erit, sed duplex alter positivus, negativus alter; patent omnia ex num. 5; hinc ad ambas radices indicandas utimur utroque signo \pm , ita radix secunda potestatis a^2 erit $\pm a$, quo modo indicatur duplicitem esse radicem nempe a , & $-a$. Si vero, qui est casus alter, quantitas, ex qua radix extirabi debet, fuerit negativa, iterum vel radicis index est impar, vel par. si impar, radix erit negativa, si par radix erit impossibilis, & imaginaria; talis esset radix secunda quantitatis $-a^2$, quæ neque $-a$, neque a potest esse, ut supra ostendimus.

7. Ex methodo, qua radices inquirimus, ex divisione scilicet exponentium potestatis per radicis qualitate indices, discimus quantitatis radicalis exponentem esse quotum ex ea divisione ortum. Ita radix tertia $\sqrt[3]{a+b^3}$, quum sit $a+b^3$, id est $a+b^3$, habet exponentem 3 quotum ex divisione 6 per 3. At quotus iste sepius numerus integer esse non potest; ergo tunc quantitatis radicalis exponentis fractus sit oportet; ita accidit, si ex. gr. queramus radicem secundam $a+b^3$; hæc enim nullo alio modo exprimi potest nisi hoc $\sqrt[a+3]{b^2}$. Scimus igitur quid sint potestates exponente fracto affectæ, quæ etiam potestates imperfectæ appellantur; ex aliud sunt nisi radices. Juxta hæc $a^{\frac{1}{3}}$ indicabit radicem tertiam potestatis a^4 , & in genere $b+c^m$ indicabit radicem m quantitatis $b+c$ erectæ ad potestatrem m .

8. Ad hæc radices, seu imperfectas potestates indicandas hoc etiam utimur signo $\sqrt[m]{}$, quod signum radicale appellantur. Sub quo scribitur quantitas unde radix erat extrahenda, supra vero radicis indicem, quam extrahere volebamus; unde $\sqrt[3]{a+b^3}$ idem est ac $a+b^3$, $\sqrt[4]{a^4}$ idem ac a^4 , $\sqrt[m]{b+c^m}$ idem ac $b+c^m$. In exemplo primo omittere poteram exponentem 3, quia jam usus obtinuit, ut ubicumque reperitur signum radicale sine exponente, subintelligatur exponentis 3. Nil prohibet, quominus hisce duobus modis indicemus etiam radices impossibilis & imaginarias, qualis esset radix quadrata $-a^2$, aut radix n (posito n numero pari) potestatis $-a^m$, nil prohibet, inquam, quominus eas ita scribamus $\sqrt{-a^2}$, $\sqrt{-a^m}$. At si has imaginarias radices velimus per exponentes fractos exprimere, artificio opus est, ne in æquivocas formulas incidamus. Sit extrahenda radix quadrata quantitatis $-a^2$, si scribamus $-a^{\frac{2}{2}}$ in-

certum erit utrum haec formula indicet $-s$, vel secundam radicem quantitatis $-s^{\frac{1}{2}}$; quare ad confusionem vitandam duplii stemarum lunula ita $(-\sqrt{s^{\frac{1}{2}}})$, aut spectata $-s^{\frac{1}{2}}$ tamquam producta ex $s^{\frac{1}{2}} \cdot -1$, tum radix hoc modo extrahenda $\pm s^{\frac{1}{2}} \cdot (-1^{\frac{1}{2}})$, aut $\pm s \cdot (-1^{\frac{1}{2}})$. Idem de radice n pari quantitatis $-s^{\frac{n}{m}}$ dicendum est; itaque scribemus $\pm (-\sqrt[n]{s^{\frac{1}{m}}})$, seu $\pm s^{\frac{1}{m}}(-1^{\frac{1}{2}})$.

9. Quum ex supra dictis Num. 9. Cap. 2. sciamus fractiones ad eandem denominationem reducere, quin earum valor immutetur, sciamus etiam reducere ad exponentes ejusdem denominationis quacumque potestates. Etenim quum exponentes, vel fractiones sint vel numeri integri, qui in cuiuscunq; denominatio- nis fractiones nullo negotio resolvuntur, iisdem profus regulis, que pro fractio- nibus traditae sunt, rem conficiemus. Sint reducendae ad eundem denominatorem

$\sqrt[3]{a+b^3}$, $\sqrt{x+y}$, seu $\sqrt{a+b^3}$, $\sqrt{x+y^3}$; nil aliud agendum, quam reducere fractiones $\frac{2}{3}$, & $\frac{1}{2}$, quae quum, juxta regulas traditas, vertantur in $\frac{4}{6}$ & $\frac{3}{6}$, erunt radices nostra $a+b^3$ seu $\sqrt[6]{a+b^3}$, $x+y^3$ seu $\sqrt[6]{x+y^3}$ ad eundem denominationem, & indicem deductae, quia illa in ipsarum valore sit facta immutatio. Hinc dicimus etiam regulam expeditissimam redigendi radices ad eundem indicem, quum ex radicalibus signis indicantur: nempe productum indicum erit index communis, & exponentis quantitatis, quae sub altero signorum est, du- cendus erit in alterius indicem; sic $\sqrt[3]{x^2}$ & $\sqrt[6]{y^3}$ vertentur in has $\sqrt[6]{x^6}$, & $\sqrt[6]{y^6}$.

Si radices plures essent quam duae, duabus ad eundem indicem prius deductis reliquias deinde aggrediemur, quemadmodum de fractionibus Num. 10. Cap. 2. dictum est.

10. Si vero radicalis alicujus index sit perfectus alterius divisor, ut esset in his $\sqrt[3]{a+b^3}$, $\sqrt[6]{a+y}$, tunc satis erit multiplicare indicem 2 per 3 quantum ex divisione majoris indicis per minorem, & quantitatem sub signo positam ad potestatem erigere per quotum illum 3 indicatam; erunt igitur radicales $\sqrt[6]{a+b^3}$, $\sqrt[6]{a+y^3}$, quae habent indicem omnino eundem. Patet hoc si radices alio, quem diximus, modo scribantur; tunc hanc formulam habebunt $\sqrt[6]{a+b^3}$, $\sqrt[6]{a+y^3}$; redige exponentes ad eundem denominatorem, quod obtinet multiplicando per 3 numeratorem, & denominatorem fractionis $\frac{3}{2}$; sient $\sqrt[6]{a+b^3}$, $\sqrt[6]{a+y^3}$, quae si scribantur cum radicali signo, dant eisdem, quas ante invenimus radices.

11. Ut summam radicum habeamus, ipsæ alia post alias scribantur cum suis signis; ut habeamus differentiam mutentur earum signa, quæ subtrahendæ sunt, quæma-

quemadmodum in aliis quantitatibus factum est. Duo hic animadvertere oportet, primum est nos hic loqui de signis non quæ sub signo radicali posita sunt, sed de iis quæ illud afficiunt; alterum est terminos similes ad eundem esse reducendos. Ea exempla.

$$\begin{array}{r}
 \text{Summandæ} \quad \sqrt[3]{ab} + c \\
 \text{fint} \quad - 2\sqrt[3]{ab} - \sqrt[3]{abc} \\
 \hline
 \text{Summa} \quad c - \sqrt[3]{ab} - \sqrt[3]{abc} \\
 \text{Summandæ} \quad 3\sqrt[3]{ab} - \sqrt[3]{abc} \\
 \text{fint} \quad - 4\sqrt[3]{ab} + 2\sqrt[3]{abc} \\
 \hline
 \text{Summa} \quad - \sqrt[3]{ab} + \sqrt[3]{abc} \\
 \text{Summandæ} \quad \overline{a+b^{\frac{1}{3}}} + c^{\frac{1}{3}} \\
 \text{fint} \quad \overline{a+b^{\frac{1}{3}}} - c^{\frac{1}{3}} \\
 \hline
 \text{Summa} \quad \overline{a+a+b^{\frac{1}{3}}} \\
 \text{Hinc subtrahi} \quad \sqrt[3]{xy} + c \\
 \text{debeat} \quad \sqrt[3]{cx+y} \\
 \hline
 \text{Differentia} \quad \sqrt[3]{xy} + c - \sqrt[3]{cx+y} \\
 \text{Hinc subtrahi} \quad 4\sqrt[3]{ac} - 3\sqrt[3]{acb} \\
 \text{debeat} \quad 2\sqrt[3]{ac} + 3\sqrt[3]{acb} \\
 \hline
 \text{Differentia} \quad 2\sqrt[3]{ac} - 6\sqrt[3]{acb} \\
 \text{Hinc subtrahi} \quad - \frac{3}{4} (\overline{x+y^{\frac{1}{3}}} + z^{\frac{1}{3}}) \\
 \text{debeat} \quad - (\overline{x+y^{\frac{1}{3}}} - \frac{3}{4} z^{\frac{1}{3}}) \\
 \hline
 \text{Differentia} \quad \frac{3}{4} (\overline{x+y^{\frac{1}{3}}} + \frac{3}{4} z^{\frac{1}{3}}).
 \end{array}$$

12. Radices si potestatum more sint expressæ, eodem plane modo multiplicantur, ac reliqua potestates Cap. 1. Num. 11.; igitur $a^{\frac{1}{3}} b^{\frac{1}{2}}$ sive $ab^{\frac{1}{2}}$ erit productum ex $a^{\frac{1}{3}}$ in $b^{\frac{1}{2}}$; $a^{\frac{1}{3}}$ in $a^{\frac{1}{2}}$ dabit $a^{\frac{2}{3}}$ id est a ; $x^{\frac{1}{3}}$ in $y^{\frac{1}{2}}$ dabit productum $x^{\frac{1}{3}} y^{\frac{1}{2}}$ seu $\overline{xy^{\frac{1}{2}}}$, sed $x^{\frac{1}{3}}, y^{\frac{1}{2}}$ sunt idem ac $\sqrt[3]{x}, \sqrt[3]{y}$, & earum productum $\overline{xy^{\frac{1}{2}}}$, idem

idem ac $\sqrt[n]{xy}$; ergo hinc discimus, radices expressas per signum radicale, si ejusdem sint indicis, tunc multiplicari, quum retento indice eodem inter se quantitates multiplicantur, & earum productum signo subjicitur; si radices coefficientes habeant, ij quoque sunt inter se multiplicandi; ita productum radicum.

$a\sqrt[n]{x}, b\sqrt[n]{y}$ erit $a \cdot b \sqrt[n]{xy}$; $5\sqrt[5]{a}$ in $4\sqrt[4]{b}$ dabit $20\sqrt[20]{ab}$. Diligenter notandum est, productum ex $\pm\sqrt[n]{b}$ in $\pm\sqrt[n]{a}$ esse $\pm\sqrt[n]{b^2}$ id est $\pm b$ cum signo dupli, quod, quum de radicibus agitur, nullo modo est prætermitendum. Diximus supra si radices ejusdem sint indicis; nam si non essent tunc prius ad eundem essent reducenda, ut docuimus Num. 9., quod etiam dictum intellige, quando radices per exponentes fractos, & litteras eadem exhibentur; tunc enim ad eundem denominatorum exponentes redigere oportet, ut summa eorum haberi posset.

13. Quum $\sqrt[n]{x}$ in $\sqrt[n]{x}$ det $\sqrt[n]{x^2}$, quod erit ejus radicis $\sqrt[n]{x}$ quadratum, & $\sqrt[n]{x^2}$ in $\sqrt[n]{x}$ det $\sqrt[n]{x^3}$, qui est ejusdem radicis cubus &c. sequitur nil aliud requiri ad radicem erigendam ad potestatem quamcumque m , quam erigere ad dictam potestatem m quantitatem sub signo radicali positam; ita $\sqrt[n]{x}$ ad potestatem m evoluta erit $\sqrt[m]{x^m}$; & sicuti $\sqrt[n]{x}, \sqrt[n]{x^m}$ equivalent his $x^{\frac{1}{n}}, x^{\frac{m}{n}}$, patet multiplicandum esse exponentem fractum per m , ut radicem sub hac forma ad potestatem m perducamus. Idem omnino dicendum est, quæcumque sit ista potestas m seu integra, seu fracta. Si radices prædictæ sint coefficientibus, ipsi quoque ad potestatem erigendi erunt, ad quas radices perducuntur; ergo $a\sqrt[n]{y}$ seu $a \cdot y^{\frac{1}{n}}$ erecta ad potestatem m erit $a^m\sqrt[m]{y^m}$, seu $a^m y^{\frac{m}{n}}$, quod etiam hoc modo indicatur $a \cdot y^{\frac{1}{n}}$.

14. Ut quantitas radicalis ad potestatem attollatur, cuius exponentens sit ipsius radicis index, sufficit ejicere signum radicale: ita $\sqrt[n]{x}$ erecta ad potestatem n est x . Id etiam fiet, si quando accidat, ut ex multiplicatione ad ejusmodi potestatem perveniat; ita $\sqrt[n]{a^2}$ in $\sqrt[n]{a^4}$ dat $\sqrt[n]{a^6}$ id est $a^{\frac{6}{n}}$. quod idem est ac a . At hic attente signa sunt consideranda, ut errorem omnem vitemus. Itaque ut regulam certam habeas, illud animadverte, quod alibi monuimus, id est qualibet quantitatem intelligi multiplicatam in unitatem, quæ unitas eo signo afficiatur, quo ipsa quantitas; ergo $\sqrt[n]{a+b}$ considerabitur tamquam $1 \cdot \sqrt[n]{a+b}$, & $-\sqrt[n]{a+b}$ tamquam $-1 \cdot \sqrt[n]{a+b}$; quare productum ex $\sqrt[n]{a+b}$ in $-\sqrt[n]{a+b}$ idem erit ac productum $1 \cdot \sqrt[n]{a+b}$ in $-\sqrt[n]{a+b}$, quod est $-1 \cdot \sqrt[n]{a+b}$, id est $-a - b$.

15. Contraria methodo uti oportet, quum de radicibus dividendis agitur. Vel ergo radices exhibentur cum exponentibus, & tunc sit earum divisio, quemadmodum sit divisio potestatum integrarum; vel exprimuntur per signum radicale, & tunc

& tunc si radices ejusdem sint indicis, dividitur quantitas existens sub signo in radice dividenda per eam, quæ est sub signo in dividente, & coefficiens illius, si adit per hujus coefficientem; si vero habeant indices diversos, vel ad eundem reducuntur, vel indicatur divisio more aliquarum fractionum. Ex his descendit $a^{\frac{1}{2}}$ devisam per $a^{\frac{1}{2}}$ dare quotientem $a^{\frac{1}{2}}$, sive $a^{\frac{1}{2}}$:

$a^{\frac{1}{2}}$ per $b^{\frac{1}{2}}$ dare quantitatem $\frac{a^{\frac{1}{2}} b^{-\frac{1}{2}}}{b^{\frac{1}{2}}} = \frac{a^{\frac{1}{2}}}{b^{\frac{1}{2}}} \times \frac{b^{-\frac{1}{2}}}{b^{-\frac{1}{2}}} = \frac{a^{\frac{1}{2}}}{b^{\frac{1}{2}}} \times 1$ per $a^{\frac{1}{2}}$, sive $a^{\frac{1}{2}}$, quotientem $\frac{b^{\frac{1}{2}}}{a^{\frac{1}{2}}}$; quotientem ex divisione $a b^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{y}$ per $-b^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{x}$ esse $-a^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{y}$; ex $a^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{cd}$ per $a^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{fg}$ esse $\sqrt[n]{\frac{cd}{fg}}$; ex $x^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{a}$ per $y^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{b}$ esse $\frac{x^{\frac{1}{2}}}{y^{\frac{1}{2}}} \sqrt[n]{\frac{a}{b}}$; ex $x^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{a}$ per $y^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{a}$ esse $\frac{x}{y}$; denique $a^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{b}$ divisam per $x^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{b}$ dare quotum $\frac{a^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{b}}{x^{\frac{1}{2}} \sqrt[n]{b}}$ &c. Quod

niam $\sqrt[n]{b x^n + c x^n}$ equivallet producto $\sqrt[n]{b+c} \cdot \sqrt[n]{x^n}$, & $\sqrt[n]{x^n}$ est x , erit $\sqrt[n]{b x^n + c x^n}$ equalis $x \sqrt[n]{b+c}$; hinc quoties quantitas existens sub signo radicali erit multiplicata per potestatem, cujus exponentis radicis indicis sit equalis, poterit quantitas per eam dividi, & quo sub signo relisto scribere extra ipsum loco coefficientis radicem potestatis, quin valor immutetur: & vice versa poterit quantitas sub signo multiplicari per eam, quæ locum obtinet coefficientis, dummodo hæc ad potestatem prius erigatur, quæ per radicis indicem innuitur; adeo que $x \sqrt[n]{b+c}$ idem erit ac $\sqrt[n]{b x^n + c x^n}$.

16. Ut e quantitatibus radicalibus extrahamus radices, methodus erit illæ contraria, qua usi sumus, ut eas ad potestates perducemus. Igitur necesse erit nos dicere extrahere quantitatis existentis sub signo; quare radix quadrata $\sqrt[a^2]{a}$ erit $\sqrt[a^2]{a}$; radix tercia, seu cubica $\sqrt[a^3]{a}$ erit $\sqrt[a^3]{a}$, quam scribi etiam posse.

$\sqrt[a^3]{a}$ fatus ex supra dictis insertur; quæ scribendi forma significat radicem tertiam radicis secundæ quantitatis a . Vocantur hi radicales radicalium, & cum ipsis eodem modo agitur, arque cum aliis haec tenus egimus. Si vero radices tamquam potestates exprimantur per fractos exponentes, erunt exponentes ipsis per indicem extrahendæ radicis dividendi; sic radix secunda $a + b^{\frac{1}{2}}$ erit $a + b^{\frac{1}{2}}$ &

in genere radix m quantitatis $a - y^{\frac{1}{m}}$ erit $a - y^{\frac{1}{m}}$. Ad summam patet ex traditionis regulis, in multiplicandis, dividendis, erigendis ad potestatem quamcumque potestatibus exponentibus fracti, carumque radicibus extrahendis, eadem habere locum, quæ potestatibus integris interviunt.

17. Multiplicatio quantitatum radicalium compositarum eodem fit modo, quo integrarum; id est quilibet terminus factoris unius per alterius singulos terminos multiplicatur. Subjecimus exemplum,

Factio-

$$\begin{array}{r} \text{Facto- } 3\sqrt{ab} + 2\sqrt{ac} - 4d \\ \text{res } - 3\sqrt{ab} + 2\sqrt{ac} \\ \hline - 9ab - 6a\sqrt{bc} + 12d\sqrt{ab} + 4ac - 8d\sqrt{ac} \\ + 6a\sqrt{bc} \end{array}$$

$$\text{Productum } - 9ab + 12d\sqrt{ab} + 4ac - 8d\sqrt{ac}$$

Idem exemplum proponitur adhibitis non signis radicalibus sed exponentibus fractis.

$$\begin{array}{r} \text{Facto- } 3 \cdot \frac{ab^{\frac{3}{2}}}{2} + 2 \cdot \frac{ac^{\frac{3}{2}}}{2} - 4d \\ \text{res } - 3 \cdot \frac{ab^{\frac{3}{2}}}{2} + 2 \cdot \frac{ac^{\frac{3}{2}}}{2} \\ \hline - 9ab - 6a \cdot \frac{bc^{\frac{1}{2}}}{2} + 12d \cdot \frac{ab^{\frac{3}{2}}}{2} + 4ac - 8d \cdot \frac{ac^{\frac{3}{2}}}{2} \\ + 6a \cdot \frac{ab^{\frac{3}{2}}}{2} \end{array}$$

$$\text{Productum } - 9ab + 12d \cdot \frac{ab^{\frac{3}{2}}}{2} + 4ac - 8d \cdot \frac{ac^{\frac{3}{2}}}{2}$$

18. Regulas pariter divisionis quantitatum compositarum sequitur divisio radicium compositarum. En exemplum.

Dividendum	Divisor
$- 9ab + 4ac + 12d\sqrt{ab} - 8d\sqrt{ac}$	$- 3\sqrt{ab} + 2\sqrt{ac}$
<u>$9ab - 6a\sqrt{ac}$</u>	. Quoti partes
Primum residuum $0 - 6a\sqrt{bc} + 4ac + 12d\sqrt{ab} - 8d\sqrt{ac}$	$3\sqrt{ab}$
<u>$6a\sqrt{bc} - 4ac$</u>	$2\sqrt{ac}$
Secundum residuum $0 - 12d\sqrt{ab} - 8d\sqrt{ac} - 4d$	
<u>$- 12d\sqrt{ab} + 8d\sqrt{ac}$</u>	. Quotus totalis
	$0 - 0 + 3\sqrt{ab} + 2\sqrt{ac} - 4d$

quod ita se habere constat exemplo superiore.

19. Etsi num. 6. diximus, radices quascunque pares quantitatis, quæ negativa sit, impossibilis omnino esse & imaginarias; nihilominus ex quoque summantur, subtractantur, multiplicantur & dividuntur eodem modo, quo reliquæ reales & veræ. Sic summa duarum $\sqrt{-a^2}, -3\sqrt{-a^2}$ erit $-2\sqrt{-a^2}$; summa $\sqrt{-x^2}, \sqrt{-y^2}$ erit $\sqrt{-x^2} + \sqrt{-y^2}$; summa $b + \sqrt{-a^2}, b - \sqrt{-a^2}$ erit $2b$. Si subtrahamus $\sqrt{-a^2}$ de $-3\sqrt{-a^2}$ est differentia $-4\sqrt{-a^2}$; si subtrahamus $b + \sqrt{-x^2}$ de $c + \sqrt{-x^2}$ differentia est $c - b$. Radices $\sqrt{-b}, \sqrt{-c}$ multiplicentur, ut dictum est, eo modo quo radices reliquæ num. 12; at facillime hic in errorem incidimus in signis producto præfigendis; cui errori ut aditum præcludamus, scribantur factores ita $\sqrt{-1} \cdot \sqrt{b}, \sqrt{-1} \cdot \sqrt{c}$; quod fieri posse constat ex num. 8. Multiplicantur modo; erit productum $-1 \cdot \sqrt{bc}$, seu $-\sqrt{bc}$. Nisi hanc adhibuissimus curam, fuisset productum \sqrt{bc} , quod fortasse

tasse aliquis positivum existimat, quam re vera sit negativum. Nam $\sqrt{-a}$ in $\sqrt{-a}$ nonne dat $-\sqrt{a^2}$ seu $-a$ productum negativum? minime vero $\sqrt{a^2}$ seu a . Patet quia radix quadrata in se ipsam dueta id in producto dare debet, cuius est radix; rem ita se habere in hoc exemplo cognitu est facile, quia quantitates, quae multiplicantur, identice sunt; at ubi sunt quantitates diversae, veluti illae, quas posuimus antea $\sqrt{-a}$, $\sqrt{-b}$, quorum productum eodem pacto negativum esse debere scimus, ut errorem vitemus ad illam factorum resolutionem confugimus. Ut $\sqrt{-bc}$ per $\sqrt{-c}$ dividatur, quare quotum $\sqrt{-1} \cdot \sqrt{bc}$ divisa per $\sqrt{-1} \cdot \sqrt{c}$, erit ille $1 \cdot \sqrt{b}$ seu \sqrt{b} . Hac de imaginariis dicta sufficient.

20. Methodum hic tantum proponimus, qua radices quadratae & cubicae quantitatum compositorum extrahantur; de reliquis alibi erit sermo, ubi generalem pro illarum extractione regulam assignabimus. Radicis quadratae extrahendae ratio innoteat ex methodo, qua ad quadratum ipsae quantitates eriguntur. Fiat quadratum binomii $a+x$ seu $a-x$; in utroque easu illud erit $a^2 + 2ax + x^2$; ergo binomii quadratum complectitur simul quadrata duorum terminorum suis radicibus, & insuper duplum rectangulum ex ipsis terminis.

21. Et quemquidlibet polynomium $b - c + d$, &c. tanquam binomium accipi possit, cuius primus terminus sit b , secundus sit $-c + d$ &c. patet quomodo polynomium quodcumque ad quadratum erigatur. Nempe accipiatur quadratum primi termini b , cui addatur duplex productum ex b in secundum terminum, & hujus secundi termini quadratum. Quare quadratum polynomii $b - c + d$ erit $b^2 - 2bc + 2bd - cd - cd + dd$.

22. Hoc posito extrahi debeat radix quadrata quantitatis $a^2 + 2ax + x^2$; Considera hoc tamquam binomii alicuius quadratum, & primo extrahere radicem de a^2 ; ea est $\pm a$, quam habe tanquam primum binomii terminum, & ejus quadratum subtrahe de quantitate proposita; residuum erit $2ax + x^2$, in quo, ut constat ex numero superiori, quadratum alterius termini contineri debet simul cum producto ex $2a$ termino invento per illum lavenientem multiplicato. Ut igitur terminum hunc secundum invenias, divide, quem potes, residui terminum per $\pm 2a$, in casu quotiens est $\pm x$, cuius producto in $\pm 2a$, & ejus quadrato x^2 subtracto, quoniam nil superest, erit exacta radix quadrata propositae quantitatis $\pm a \pm x$.

23. Sit extrahenda radix quadrata quantitatis $b^3 - 2bc + c^2 + 2d b - 2dc + d^2$. Hac ordinetur secundum aliquam litteram ex. gr. c , & fiat $c^2 - 2b - 2d \cdot c + 2bd + b^2 + dd$. Radix primi termini est $\pm c$: subtracto hujus quadrato, & diviso primo residui termino per $\pm 2c$ est quotus $\mp b \mp d$; si detrahamus, ut supra docuimus, hujus quoti productum in $\pm 2c$, & praterea ejus quadratum, videmus nil superesse; ergo radix quæsita est $\pm c \mp b \mp d$; & revera utriusque trinomii $c - b - d$, $-c + b + d$ quadratum est quantitas proposita.

24. Si autem quantitas, cuius radix postulatur, non sineret, ut hac via posset educi, quemadmodum id nos patetur $a^2 + x^2$, vel $b^2 + 2ax + x^2$, in quibus

bus, dum radicem investigamus, semper novi exurgunt termini, tunc indicium est, radicem perfecte haberi non posse; quapropter utimur signo radicali, ut radicem indicemus, scribimusque $\pm \sqrt{a^3 + x^3}$, $\pm \sqrt{b^3 + 2ax + x^3}$ cum signo duplice positivo & negativo, quando sermo est de radicibus indicis partis, inter quas est quadrata.

25. Antequam radices cubicas extrahamus, juvat animadvertere quinam sit binomii cubus. Sit binomium $a+x$; ejus cubus erit $a^3 + 3a^2x + 3ax^2 + x^3$; igitur cubus binomii complectitur cubos utriusque termini, & praeterea productum quadrati primi termini ter accepti in secundum, & quadrati secundi pariter ter accepti in primum; quumque polynomium quocunque pro binomio haberi possit, haec habentur in cuiuscunq; polynomii cubo. Quæratur igitur radix cubicā quantitatis $a^3 + 3a^2x + 3ax^2 + x^3$, quæ per a ex. gr. sit ordinata. Suppono hunc esse cubum binomii: extracta radice cubica primi termini, quæ est a, hanc considero tamquam primum binomii terminum; subtraho deinde cubo hujus termini, ut alterum habeam, quem scio r. periri in cubo multiplicatum per triplum quadrati termini primi, divido primum terminum residui $3a^2x + 3ax^2 + x^3$ per $3a^2$ triplum quadrati termini jam inventi: quotiens est x; hujus quadratum nempe x^2 ducit in $3a^2$, idest $3a^2x^2$, & ipsius x cubus x^3 ex supra traditis de residuo subtrahi debet; & quoniam subtractione facta nihil superest, dico $a+x$ esse quantitatis proprieſate radicem cubicam.

26. Exemplum aliud: effo quantitas

$$\begin{aligned} &x^3 + 6ax^2 + 12ax + 8a^3 + 12a^2b + 6b^2a + b^3 \\ &\quad + 3b^3x^2 + 12abx \\ &\quad + 3b^2x \end{aligned}$$

ordinata secundum x; ejusque radix cubica sit extrahenda. Quero radicem cubicam p.imi termini; ea est x, cuius cubum subtraho, & primum residui terminum $6a + 3b$. x^2 divido per $3x^2$; quotientis $2a + b$ productum in $3x^2$, & $2a + b$. x^2 subtraho; quoniam nullum est residuum, $x + 2a + b$ erit perfecta radix cubica, quæ fuit querenda. Si hac methodo perfectæ radices cubicæ non reperiuntur, tunc illæ exacte extrahi nulla arte poterunt. Id accidit in plurimis quantitatibus ex. gr. $a^3 + x^3$, $x^3 + 3ax^2 + 3a^2x + b^3$. Tunc ut radices tertias indicemus, utimur radicali signo, ut in quadratis fecimus, & scribimus $\sqrt[3]{a^3 + x^3}$, $\sqrt[3]{x^3 + 3ax^2 + 3a^2x + b^3}$.

27. Diximus supra, quantitatis $x^3 + a^3$ perfectam radicem quadratam extrahi non posse; at, quamvis id verum sit, possumus tamen radicem quadratam tales inde educere, qua ad perfectam (etiā eam numquam alseqnamur), magis semper magisque accedat. Id obtinebimus, si producta operatione nostra habeamus radicem expressam per seriei convergentem infinitis constantem terminis. Etenim quamvis infinitæ seriei summa haberi non possit, atque adeo in casu haberi non possit perfectus radicis valor; tamen tot terminorum summa effici poterit, ut defectus vel excellus minimus prius sit, & tuto contempnendus.

28. Ut

28. Ut res melius poteat. Sit quantitas $x^2 + a^2$, cuius radicem quadratam posulas. Hanc de more fingo esse quadratum binomii, & extraho radicem primi termini, scilicet $\frac{1}{2}x$, quæ mihi est primus terminus quæsiti binomii & seriei infinitæ, de qua supra, & hujus quadratum subtraho: deinde per $2x$ divido residuum, quotiens est $\frac{a^2}{2x}$, qui erit terminus alter seriei & binomii: igitur, num. 20, subtraho de residuo a^2 quotientis hujus productum in $2x$, & ejus quadratum; erit residuum secundum $\frac{a^4}{4x^2}$. Hoc residuum facit, ne duo termini inventi $x + \frac{a^2}{2x}$ sint perfecta radix nostræ quantitatis; at nunc $x + \frac{a^2}{2x}$, cujus jam quadratum subtractum est, fingatur esse primus binomii terminus, & producta operatione, quæramus secundum. Divido igitur residuum per $2x$, quotiens $\frac{a^4}{8x^3}$ erit tertius seriei terminus; subtraho ejus productum in duplum primi termini binomii, tempore in $2x + \frac{a^6}{8x^3}$, & ejus quadratum; & habeo residuum tertium $\frac{a^6}{8x^4} - \frac{a^6}{64x^6}$. Hujus residui gratia considero nunc tamquam primum terminum binomii quantitatem $x + \frac{a^2}{2x} - \frac{a^4}{8x^3}$, & iterum divido primum residui terminum per $2x$, & quotiens $\frac{a^6}{16x^5}$ quartum seriei terminum duco in duplum primi termini, & efficio ejus quadratum, & hæc omnia subtraho de residuo, & iterum residui novum terminum per $2x$ divido, & sic in infinitum novi semper termini reperientur seriei infinitæ $x + \frac{a^2}{2x} - \frac{a^4}{8x^3} + \frac{a^6}{16x^5}$ &c. Series hæc ut convergens sit, necesse est ut terminus x^2 quantitatis propositæ sit major quam a^2 ; tunc enim termini seriei successives minores fient. Perducta in seriem radice quadrata binomii alicujus $x^2 + a^2$, eadem methodo obtinetur series exprimens radicem similem polynomii cuiuscunq[ue], quod ut sepius diximus tanquam binomium haberi potest.

29. Eodem patto licet perfecta radix cubica extrahi non possit de quantitate $x^3 + a^3$, ea tamen obtinere potest proxime per seriem convergentem operatione producta. Extrahitur radix cubica primi termini, id est x ; subtracto ejus cubo, residuum x^3 dividitur per $3x^2$ triplum quadrati ejusdem; quotiens $\frac{a^3}{3x^2}$ erit secundus seriei terminus, ejus productum in triplum quadrati primi termini x , una cum triplo quadrati ejus in eundem terminum primum, & cubo ipsius subtrahere oportet de residuo a^3 ; subtractione hac habita residuum alterum est

$\frac{-\frac{a^6}{3x^5}}{\frac{-\frac{a^9}{27x^6}}{3x^2}}$. Nunc quantitas $x + \frac{a^3}{3x^2}$ consideranda est tanquam primus binomii terminus, cuius cubum jam subtraximus. Procedamus igitur, & per $3x^2$ dividamus primum residui terminum; erit quotus $\frac{-\frac{a^6}{9x^5}}{3x^2}$ tertius serici terminus: hunc per triplum quadrati primi termini, nempe per $3 \cdot x + \frac{a^3}{3x^2}$ multiplicemus; & insuper triplum quadrati ejus ducamus in $x + \frac{a^3}{3x^2}$, & facto quotientis cubo $3x^2$ hoc omnia subtrahamus de residuo illo; habebimus ita residuum tertium, cuius primum terminum eadem ratione dividamus per $3x^2$, & quotiens erit quartus serici terminus; & sic eadem operatione repetita in infinitum terminos quotilibet inveniemus in serie $x + \frac{a^3}{27x^6} - \frac{a^6}{9x^5}$ &c. quæ series si convergens sit, id est si x^3 sit major quam a^3 , ad numerum aliquem terminorum deveniemus, quorum summa adeo proxime ad quæstus radicis valorem accedat, ut ea sine erroris periculo pro radice vera accipi possit. Et quoniam polynomia quæcunque pro binomis haberi possunt, patet ratio, qua radices cubicæ polynomiorum per series queant obtineri. Hæc sunt, quæ modo de radicum extractione & quantitatibus compositis tradenda erant. Ceterum alibi generali methodum ostendemus, qua radix quælibet ex hujusmodi quantitatibus extrahi possit, & tunc expeditior stiam patebit via ad quadratas & cubicas, de quibus hic egimus, extrahendas.

CAPUT QUARTUM.

De resolutione æquationum primi gradus.

1. RATIO æqualitatis, quæ inter duas quantitates intercedit, æquatio dicitur, & signo $=$ indicatur, quod signum æqualitatis appellamus: ita $a x + b x = c^2$ significat quantitatem $a x + b x$ æqualem esse quantitati c^2 . Quantitas, quæ ante signum est, dicitur primum æquationis membrum, ea, quæ est post signum, dicitur membrum alterum, & homogeneum comparationis. Litteris alphabeti primis indicari solent quantitates cognitæ, incognitæ postremis; sic $a x + b x = c^2$ indicat quadratum notum c^2 producto incognitæ x in cognitam $a + b$ æquari.

2. Si quantitas $a x + b x$ non æqualis esset, sed major, quam c^2 , hoc modo id exprimeretur $a x + b x > c^2$; si vero esset minor ita, $a x + b x < c^2$. Hæc scribendi forma $a : b :: x : y$ ostendit quantitates illas esse in proportione geometrica,

trica, nempe ita geometrice se habere a ad b , quemadmodum x se habet ad y ; seu geometricam rationem a ad b eandem esse ac rationem x ad y ; que quidem ratio duobus illis punctis etiam hac de causa indicatur, quia & plures illis utuntur tamquam divisionis signo, & rationem duarum quantitatum nihil aliud esse jam scimus, quam antecedentem divisum per consequentem. Hic juvat animadvertere, quantitatem quamlibet finitam divisam per o ut $\frac{a}{o}$ esse quantitatem infinitam, est enim o ad s , ut 1 ad infinitum. Infinitum autem hoc signo ∞ solet exprimi. Si ratio a ad b major sit ratione x ad y , scribimus $a:b:>:x:y$; si vero minor $a:b:<:x:y$. Cum tres ex. gr. a,x,y , vel plures quantitates proportionem, habent continuam, eam indicamus ita $a::x::y$; aliqui utuntur etiam hoc signo $\infty a::x:y$, quod idem significari, idest a esse ad x quemadmodum eadem x ad y .

3. Iisdem signis, quibus proportio geometrica, indicantur etiam alias proportiones arithmeticas, harmonicas &c., sed tunc semper additur illius proportionis nomen, de qua agitur; quod nisi fiat, intellige sermonem esse de geometrica. Quoties proportio habetur, semper haberet potest aequatio; namque in proportione geometrica, ut notum est, productum extremorum aequaliter productum medium, aut si proportio continua sit, quadratum termini intermedii; unde si sit $a:b::x:y$, erit $ay=bx$, & si $a::x::y$, erit $ay=x^2$.

4. In arithmeticis vero proportionis summa extreborum aequaliter mediorum summas, vel duplum termini mediis, si sit continua; ita si arithmeticis sit $a:b::x:y$ erit $a+y=b+x$, vel positiva $a::x::y$, erit $a+y=2x$.

5. Proportio harmonica in geometricam resolvitur, namque tunc tres quantitates in harmonica proportione esse dicuntur; cum: prima ad tertiam ita geometrica se habet, ut differentia inter primam, & secundam est ad differentiam inter secundam, & tertiam; quapropter si harmonica sit $a::x::y$, erit geometrica $a:y=a-x:x-y$, vel $a:y::x-a:y-x$, adeoque aequatio erit $ay-xy=a(x-y)$, vel $y(x-y)=ay-ax$, quez eadem est ac alia signis mutatis.

6. *Aequationes*, quez unam tantum habent incognitam, dicuntur *determinatae*; talis esset $ax+bx=c^2$, in qua x tantum est quantitas ignota. *Indeterminatae* vocantur illae, quez incognitas plures continent. Ejusmodi esset aequatio $ax+y+cy=4bc+a^2$, in qua duae sunt quantitates incognitae x, y . De his alibi agemus. *Aequatio* appellatur *primi gradus*, vel *simplex*, vel *linearis*, quum incognita primam dimensionem, vel potestatem non excedit, ut esset $x+c=s$, $x^2+x+b^2=c^2$. Dicitur *secundi gradus*, *quadrata*, *plana*, quum in aequatione maxima potestas incognitae est quadratum. *Terti gradus*, *solida*, vel *cubica* aequatio est, in qua incognita reperiatur evenia ad dimensionem tertiam, & in genere dicitur aequatio gradus n , si in ipsa incognita ad potestatem n ascendet.

7. Ideo praeceps aequationes instituuntur, ut incognitae quantitatis valor inveniatur. Si enim operationum auxilio ita utramque aequationis partem (salva tamen aequalitate) versare possumus, ut in una sola superficie incognita quantitas, in altera tantum cognitae quantitates habeantur, tunc incognitae valor est inventus; quod vocatur *aequationem resolvere*; valor inventus dicitur *aequacionis radix*, quez modo est *positiva*, modo *negativa*, modo *imaginaria*, prout diversae ferunt circumstantiae.

8. Dixi.

8. Diximus, eas debere esse operationes, quæ æqualitatem non turbant: hæc jusmodi autem erunt, utrique membro addere, vel demere partes æquales, vel quantitatatem eandem, verbi gratia si posita æquatione $ax+cx=b^2$ addas utriusque parti quantitatatem f^2 , patet fore $ax+cx+f^2=b^2+f^2$, vel $ax+cx-f^2=b^2-f^2$, si illam subtrahas. Est pariter manifestum, effe æqualitatem omnino salvam, si membrum utrumque æquationis per eandem quantitatem, vel per quantitates æquales multiplices, vel dividias. Igitur si vera sit æquatio,

quam supra attulimus, erit etiam $fx+fx=fb^2$; $\frac{ax+cx}{f}=\frac{b^2}{f}$. Neque æqualitas ammittitur, si duo æquationis membra ad eandem potestatem natollantur, vel si eorum quæcumque radix n extrahantur; patet enim, quantitatum æquium potestates inter se æquales esse debere, sicuti & æquium potestatum radices; ergo erit $\sqrt{ax+cx} = b^{\frac{2}{n}}$, & $\sqrt{ax+cx} = f^{\frac{2}{n}}$. Possumus etiam loco unius quantitatis aliam substituere, quæ illi sit æqualis; ita data æquatione $ax+cx=b^2$, si sciam esse $cx = \frac{n^2 x}{m}$, nemo non videt futurum $ax + \frac{n^2 x}{m} = b^2$,

& si habeatur $x=a+b$, & sit $b=c+d$ erit $x=a+c+d$. Hac operatione læpissime utuntur Analytæ, ut infra videbimus.

9. Haec ferme operationes sunt, quarum ope ad æquationum solutionem venimus. Omnis in eo posita res est, ut ea inter ceteras operatio eligatur, quæ ad intentum finem in æquatione conductar, quod quidem non adeo facile est existimandum; læpe non minimam habet difficultatem, coque majorem, quo major est gradus æquationis solvendæ. Ideo nihil intentatum reliquerunt Analytæ, ut hanc difficultatem minuerent, certisque methodos traderent, quibus propositionum finem aiequarum. Ut hos addiscamus, incipere oportet ab æquationibus primi gradus, ab his scilicet, in quibus incognita dimensionem primam non excedit.

10. In his æquationibus, ut incognitæ valorem inveniamus, primo curandum est, ut termini omnes, qui incognitam ipsam continent ex una signi æqualitatis parte reperiatur, ex altera vero reliqui omnes, qui illa carent, hoc facilime obtinebuntur transferendo, cum opus fuerit, terminos ex una parte ad aliam signis mutatis; quod idem esse atque demere, vel addere quantitatem eandem utrique æquationis membro, ex algorithmo satis constare potest. Hoc posito si incognita vel sit multiplicata, vel divisa per aliquam quantitatem, per eam tota æquatio erit vel dividenda, vel multiplicanda: ita procul dubio efficiemus, ut unum membrum solum habeat incognitam, alterum quantitates notas, quæ incognitæ valorem ostendent. Exempla aliquot afferamus.

11. Resolvere oporteat æquationem $x-b+c=a$. Juxta eam, quæ modo diximus, necesse erit deducere a primo membro quantitatem $-b+c$, ut incognita sola remaneat; ut sit æqualitas, eandem oportebit subtrahere etiam de secundo; erit igitur $x-b+c+b-c$ id est $x=a+b-c$, quod idem habuissimus transferendo ex altera parte $-b+c$ signis mutatis.

12. Sit æquatio $ax+b=c=mx+n$. Transfer mx in primum membrum, bc in secundum signis mutatis, habebis $ax-mx=n-a-bc$, in qua æqua-

æquatione terminal continentes incognitam ex una signi parte omnes reperiuntur. Nanc quoniam x reperitur ducta in $a - m$, per hanc quantitatem dividæ æquationem totam, erit $x = \frac{na - bc}{a - m}$. Sit æquatio $\frac{x}{b} - \frac{d}{m} = \frac{a}{c}$; translato termino $-\frac{d}{m}$ fit $\frac{x}{b} = \frac{a}{c} + \frac{d}{m}$, & æquatione hac multiplicata per b fit $x = \frac{ab}{c} + \frac{db}{m}$.

13. Proposatur æquatio $\frac{ay}{c} - b = \frac{dy}{f} + \frac{mn}{g}$, in qua incognita est y . Æquationem a divisoribus libera, successice per omnes facta multiplicatione. Multiplica primum per c , ut habeas $ay - bc = \frac{cdy}{f} + \frac{mnc}{g}$; tum perf; ut sit $afy - bcf = cdy + \frac{mncf}{g}$; demum per g , ut oriatur $afgy - bcfg = cdgy + mnfc$. Jam vero translati de more terminis, erit $afgy - cdgy = bcfg + mnfc$, sive $y \cdot afg - cdg = bcfg + mnfc$. Quare facta divisione per $afg - cdg$ erit $y = \frac{bcfg + mnfc}{afg - cdg}$. Sit æquatio $\frac{x}{n} - \frac{m}{b} = \frac{c}{a}$. Multiplicetur per x , n , b , ut omnes divisores arceantur, & fieri $abn - bmx = cnx$, sive $abn = x \cdot bn + cn$, sive $\frac{abn}{bn + cn} = x$.

14. Hoc pacto valor incognitarum reperitur in æquationibus, quæ unam habent incognitam dictam ideo solitariam. Quod si æquatio plures incognitas complectatur, tunc dumodo quot incognitas tot etiam æquationes habeamus, methodis, quas tradituri sumus id aequemur, ut eam ad præcedentium formam reducamus. Prima methodus postulat, ut assumpta qualibet ex datis æquationibus, in illa incognitis omnes veluti cognitas consideremus una dempta, cuius valorem expressum per cognitas, aliasque incognitas juxta regulas supra traditas inquiramus. Hic valor in reliquis æquationibus loco suæ incognitæ substitutus efficiet, ut incognitarum numerus, & æquationum unitate minutiatur; quare hac tamen operatione respectu aliarum incognitarum, quoties opus fuerit, repetita, ad æquationem tandem perveniemus, quæ unam dumtaxat continebit incognitam, quamque jam solvere didicimus.

15. Datæ sint duæ æquationes $ax + by = a^2$, $\frac{ay}{c} = b - \frac{fx}{a}$, quæ duas habent incognitas x , y , quarum valor inquiritur. In prima æquatione tractemus ex gr. y tanquam notam; erit igitur $x = \frac{a^2 - by}{a}$; Si hunc valorem loco x in secunda æquatione substituamus, habemus æquationem $\frac{ay}{c} = b - \frac{f}{a}$, $\frac{a^2 - by}{a} = b - \frac{fa^2 + fby}{a}$, in qua incognita una y est in prima dimensione; ergo ejus solutio num. 13. dat $y = \frac{bca^2 - fca^2}{a^2 - fcb}$; quo pacto notam habemus y . Hac autem habita nullius negotii res est sciére etiam x ; nam si valorem y subtitu-

Substituyamus in æquatione $x = \frac{a - by}{a}$ erit $x = -\frac{b^2 ca + bfc a}{a^3 - fcb} + s$, seu ter-

minis ad eandem denominationem productis, $x = \frac{a^4 - b^2 ca}{a^3 - fcb}$. Sicuti in pri-

ma ex datis æquationibus y ut cognitam consideravimus, x ut ineognitam; ita poteramus eodem modo supponere x cognitam, y incognitam, ejusque valorem in secundam transferre; imo neque necessarium fuit a prima potius, quam a secunda æquatione operationis initium facere, quod ratio, & experientia facitis possunt ostendere.

16. Si tres fuerint incognitæ, & tres æquationes, ex. gr. $x + y = b + z$, $g + z = d$, $z + x = c$ ut valores x , y , z obtineas in prima æquatione ex. gr. quare valorem z , suppositis x , y cognitis; erit $z = x + y - b$; hic loco z substitutus in reliquis æquationibus dabit, $z + x + b = d$, $x + y - b = c$; in secunda pone valorem x , quem prima exhibet, & invenies $y = d + c - b$.

17. Si quatuor fuerint æquationes, & quatuor incognitæ, imo si multo plures, longior quidem erit operatio, sed non diversa methodus, quæ est procul dubio universalis, & nullis terminis circumscribitur.

18. Alia methodus eaque non inelegans est, quæcunq; in omnibus datis æquationibus unius incognitæ valores expressos per cognitas simul, & incognitas reliquias, ex iisque novas instituere æquationes, quæ una certe carebant incognitæ. Si ex his novis æquationibus alterius incognitæ valor investigetur, ex his iterum alia poterunt exurgere æquationes, quæ duabus incognitis carebant; quare patet repetita iterum atque iterum, si necesse fuerit, operatione eo nos pervenientis, ut unicam incognitam in æquatione habeamus.

19. Sint tres æquationes $x + z + y = b$, $x - z - y = c$, $x + z - y = a$; ex omnibus quæcunq; valorem incognitæ x , habes $x = b - z - y$ ex prima; $x = c + z + y$ ex secunda; $x = a - z + y$ ex tertia. At cum hi omnes sint ejusdem x valores, nonne inter se æquales esse debent? Ergo poterunt ex iis æquationes fieri, quæ tres in casu esse possunt, nempe $b - z - y = c + z + y$, $b - z - y = a - z + y$, $c + z + y = a - z + y$, in quibus deest incognita x ; ex his æquationibus duas quæcumque elige, tot nempe, quod supersunt incognitæ, quarum ope quæcunq; duos valores ex. gr. incognitæ z ; patet æquationem ex his duobus valoribus ortam nullam habituram incognitam præterit; ergo hoc pacto ad æquationem pervenies, cuius solutionem jam nosti.

20. Hoc autem in peculiari exemplo nota, non posse te ex æquationibus $b - z - y = a + y - z$ habere valorem z , neque valorem y ex $c + z + y = a - z + y$; nam terminos transferendo in prima evanescit z , & notus fit valor y , nempe $y = \frac{b - a}{2}$, in altera evanescit y , & determinatur valor $z = \frac{a - c}{2}$.

quare $x = \frac{b + c}{2}$ invenitur substitutis cognitis y , z valoribus, vel in aliqua datarum æquationum, vel in aliquo ex valoribus ipsius x , quin alia æquatione sit opus. Si tot quidem æquationes haberemus, quot incognitæ, verum non omnes incognitæ essent in singulis æquationibus, tunc expeditior aliquanto erit operatio, sed methodus eadem.

21. Ter-

21. Tertiam methodum nunc tradimus, quæ saneullo modo est prætermittenda, quoniam universalis est, licet primo intuitu non ea esse videatur, & nos illa sepiissime utemur. Utilis est hæc methodus primo; quum duæ sunt incognitæ, & duæ æquationes, in quibus termini eandem incognitam continent, identici sint, & termini, qui continent unam incognitam, habeant eadem signa in utræque æquatione, quæ vero aliam, contraria. Si hæc habeantur, summa æquationum usam incognitam determinabit, differentia determinabit secundam. $ax + by = c^2$, $ax - by = n^2$ habent propositas conditions; sunt enim identici termini, qui continent unamquamque incognitam, & signa sunt eadem relate ad terminos continentes x , diversa relate ad terminos continentes y . Jam vero si fiat æquationum summa, habemus $2ax = c^2 + n^2$, ergo nota erit $x = \frac{c^2 + n^2}{2a}$: si vero sumatur earundem differentia, ea est $2by = c^2 - n^2$, ergo nota erit $y = \frac{c^2 - n^2}{2b}$; Hinc habemus duas quantitates statim notas fieri, si carum summam, & differentiam cognoscamus; quod bene tenendum est, nam hujus theorematis frequentissimus erit usus.

22. At certe debet methodus non valere, si desit identitas terminorum? nequaquam; nam semper identicos habere terminos possumus quoad unam incognitam. Si per quantitatem eam multiplicantem in secunda æquatione multiplices primam, & secundam per quantitatem eam multiplicantem in prima. Sint $ax + by = c^2$, $nx - my = n^2$, in quibus nulla incognitarum habeat terminos identicos. Multiplica jam primam æquationem per m , secundam per b , fient $max + mby = mc^2$, $bnx - mb y = bn^2$, in quibus identici sunt termini continentes y ; nunc si harum summam facias, habes $max - nbx = mc^2 + bn^2$, ergo $x = \frac{mc^2 + bn^2}{ma - bn}$; adeoque nota est x . Quod si velis aliam y , sic eodem modo, ut evadant identici termini continentes x , quod præstabis, si primam æquationem ducas in n , & secundam in a ; ita erunt $nax + ny = nc^2$, $na x - amy = nn^2$, earumque differentia $nby + amy = nc^2 - nn^2$; ergo erit nota $y = \frac{nc^2 - nn^2}{nb + am}$.

23. Quod si præter identitatem terminorum desit etiam conditio, quam in signis postulavimus num. 21, hoc est si termini ejusdem incognitæ in utræque æquatione habeant signa vel eadem, vel contraria, quemadmodum esset in his æquationibus $ax + by = c^2$, $nx + my = n^2$; tunc pariter dabit methodus valetorem incognitarum, si per num. præcedentem reducantur termini ad identitatem, & non summa, & subtræctio deinde æquationum fiat, sed duplex subtræctio in casu signorum eorundem, duplex vero summa in casu contrariorum; hoc enim pæsto alia incognitarum successively eliminabitur, in quo vis tota huius methodi sita est.

24. Extenditur hæc methodus ad tres etiam incognitas, & æquationes, immo

ad quemcumque incognitarum, & aequationem numerum, sed operatio longior evadit, ac molesta. Sint $3x + 2y - z = 7a$, $2x - y + 3z = 5a$, $x + y - z = 2a$; Si primæ multiplicatæ per 3 addatur secunda oritur quarta aequatio $11x + 5y = 26a$, in qua x non est; si deinde a prima tertiam subtrahamus; erit $2x + y = 5a$ quinta aequatio, in qua pariter x deest. Jam vero postremæ hæc duæ aequationes per num. præcedentem solvuntur.

15. Hanc præstantissimam methodum difficultiore etiam exemplo juverit illustrare. Sint igitur tres aequationes:

$$1. \quad ax - by + cz = ac$$

$$2. \quad cx + ay - bz = bc$$

$$3. \quad bx + cy + az = ab$$

4. $ab + c^2 \cdot x + ac - b^2 \cdot y = acb + bc^2$. Deinde secundæ multiplicatæ per a addatur tertia multiplicata per c , habetur quarta.

$$5. \quad ac - b^2 \cdot x + a^2 + bc \cdot y = abc + ab^2.$$

Primiæ multiplicatæ per b addatur secunda multiplicata per c , habetur quinta.

E quarta ducta in $a^2 + bc$ deme quintam ductam in $ac - bb$; erit aequatio sexta.

$$6. \quad a^2 + bc \cdot ab + c^2 - (ac - b^2) \cdot x = a^2 + bc \cdot acb + bc^2 - (ac - bb) \cdot abc + ab^2;$$

$$\text{ex qua habes valorem } x = \frac{a^2 + bc \cdot acb + bc^2 - (ac - b^2) \cdot abc + ab^2}{a^2 + bc \cdot ab + c^2 - (ac - b^2)}.$$

En igitur methodus facta universalis, quæ antea angustis conclusa finibus videbatur.

C A P U T Q U I N T U M

De resolutione aequationum secundi gradus.

EA, quæ ad solvendas primi gradus aequationes spectant, satis esse non possunt, ubi agatur de solvendis aequationibus gradus secundi; his nempe, in quibus incognita ad potestatem secundam affluit: quapropter ad alia confugere necesse est.

1. In posterum, nisi aliter peculiaris ferat occasio, aequationes proponemus cum zero comparatas, id est terminis omnibus in unam partem translatis, ita ut ex alia tantum superfit zero. Pariter terminus exhibens maximam incognitæ potestatem neque multiplicatus erit, neque divisus per quantitatem ullam; quæ omnes aequationes, si tales non sint, nullo negotio ejusmodi fieri possint, reliquis terminis divisis, vel multiplicatis per quantitatem, quæ maximam incognitæ potestatem vel multiplicat, vel dividit. Hæc maxima incognitæ potestas erit semper primus aequationis terminus, secundus erit summa terminorum, in quibus est potestas incognitæ proxime minor, & ita deinceps, donec ultimus terminus summam contineat terminorum, qui noti sunt.

2. His

a. His præmissis distingue oportet puras æquationes & incompletas, a completis & affectis; primæ continent solam quadraticam potestatem incognitæ, ut esset $a x^2 + b x^1 - a b = 0$; aliae præter secundam continent etiam dimensionem primam, ut æquatio $x^2 + a x - b b = 0$. Priorum solutio postulat, ut in unam partem transferantur termini continentia quadratum incognitæ, in alia vero reliqui omnes remaneant, atque ita multiplicare, vel dividere æquationem, ut solum in uno membro habeamus quadratum supradictum positivum; quo factio omnes hujusmodi æquationes hac generali formula exprimi poterunt. $x^2 = a A$, in qua x^2 est quadratum, a est quantitas nota positiva quæcunque, A vero quantitas positiva, vel negativa peculiaribus circumstantiis determinanda. Nunc si ex utraque parte radicem quadratam extrahabemus est $x = \pm \sqrt{a A}$, adeoque soluta æquatio. Consideremus jam æquationem $x^2 - b x^1 - c n^2 = 0$, translatu termino $c n^2$, & facta divisione per $a - b$ est $x^2 = \frac{c n^2}{a - b}$, & extracta radice $x = \pm \sqrt{\frac{c n^2}{a - b}}$. Si comparatio fieret inter æquationem $x^2 = \frac{c n^2}{a - b}$; & formulam generalem $x^2 = a A$, esset $a A = \frac{c n^2}{a - b}$, & quoniam a in primo membro, ut monuimus, ad arbitrium sumi potest, si eam supponamus $= n$, erit $n A = \frac{c n^2}{a - b}$; adeoque $A = \frac{c n}{a - b}$. Si supposuissimus $a = c$ tunc patet futuram fuisse $A = \frac{n}{a - b}$; En igitur quid sibi velit illud, quod diximus, nempe in formula illa generali a esse quantitatem notam ad arbitrium sumendam, & A quantitatem ex variis casibus determinandam. Revocare hic oportet in mentem, quod etiam demonstratum est in algorithmo radicalium num. 6. valorem $\sqrt{a A}$ duplicum esse, id est positivum, & negativum; quare præpositæ æquationis radix duplex erit, nempe $x = +\sqrt{a A}$, $x = -\sqrt{a A}$.

3. Quoniam radicem generalis æquationis extrahimus, fieri debuisset $\pm x = \pm \sqrt{a A}$, unde quatuor haberi potuerint combinations $x = +\sqrt{a A}$, $-x = -\sqrt{a A}$, $x = -\sqrt{a A}$, $-x = +\sqrt{a A}$; sed quoniam primæ duæ non sunt inter se diversæ, si enim unius mutantur signa, (quod fieri potest salva æqualitate) eadem est ac altera, & id ipsum de duabus aliis dici potest; ideo duæ tantum sunt diversæ combinationes, id est $x = +\sqrt{a A}$, $x = -\sqrt{a A}$, seu $x = \pm \sqrt{a A}$.

4. Si duo incognitæ valores in partem, in qua ipsa est, transferantur, oriuntur statim duæ æquationes zero æquales $x - \sqrt{a A} = 0$, $x + \sqrt{a A} = 0$, qui factores appellantur æquationis secundi gradus propositæ, quia æquationem illam restituunt, si inter se multiplicentur, eorum enim productum est $x^2 + \sqrt{a A} \cdot x - a A = 0$ id est $x^2 - a A = 0$. Hinc tamquam corollarium in-

fertur, summam valorum incognitiz $-\sqrt{aA} + \sqrt{aA}$ esse quantitatem multiplicatentem incognitam ipsam in secundo termino, quæ cum in casu sit zero, secundus terminus evanescat oportet. Infertur terminum æquationis ultimum æquare productum valorum incognitiz.

5. Si in æquatione $xx = aA$ quantitas A esset negativa, idest si esset $x = -\sqrt{aA}$, tunc duo valores incognitiz $x = \sqrt{-aA}$, $x = -\sqrt{-aA}$ essent imaginarii Cap. 3. num. 6., & terminis translatis $x - \sqrt{-aA} = 0$, $x + \sqrt{-aA} = 0$ factores imaginarii, qui inter se multiplicati dant productum $\frac{x^2 + \sqrt{-aA}}{-\sqrt{-aA}} \cdot x + aA = 0$, seu $x^2 = -aA$, quæ est æquatio proposita. Hinc habemus quantitates reales posse ex summa, vel ex producto imaginariarum consurgere.

6. Hac methodo possunt æquationes puræ quæcumque graduum superiorum ad inferiorem gradum redigi, si earum exponentis possit per 2 ex æcte dividit; sit æquatio sexti gradus $x^6 - a^3A = 0$, transfer terminum cognitum, ut sit $x^6 = a^3A$; extrahe radicem quadratam, habes $x^4 = \pm\sqrt{a^3A}$ æquationem tertii gradus. Sit $x^4 = a^3A = 0$, fac $x^4 = a^3A$, & extracta radice quadrata $x^2 = \pm\sqrt{a^3A}$; radicem quadratam iterum extrahe, & erit $x = \pm\sqrt{\pm\sqrt{a^3A}}$ æquatio primi gradus. Quatuor valores x in ea sunt, $+\sqrt{+\sqrt{a^3A}}, +\sqrt{-\sqrt{a^3A}}, -\sqrt{+\sqrt{a^3A}}, -\sqrt{-\sqrt{a^3A}}$ ex varia signorum combinatione, ut facile cognosci potest. Nunc considerandum est, quod si a^3A sit quantitas positiva, primus & tertius nempe ij, in quibus signum radicale secundum afficiatur signo +, erunt reales, contra secundus, & quartus imaginarii; si vero a^3A sit quantitas negativa, tunc valores omnes erunt imaginarii. Quoad hanc partem res est omnino manifesta: quoad aliam vero tyronum gratia sic potest clarius ostendi. Nonne $\sqrt{+}\sqrt{a^4}$ idem est ac $\sqrt{a^2}$? ergo si radicale signum secundum habuisset signum —, esset $\sqrt{-a^2}$ quantitas imaginaria; ideo enim in primo casu provenit $\sqrt{a^2}$, quia radicale secundum intelligitur multiplicatum per unitatem positivam; at in secundo casu intelligitur multiplicatum per unitatem negativam; ergo esse debet $\sqrt{-a^2}$. Nunc si rem accomodes æquationi nostræ patebit, cur in secunda, & quarta combinatione valor sit imaginarius, licet quantitas sit positiva a^3A .

7. Sit denique $x^8 = a^7A$; ergo $x^4 = \pm\sqrt{a^7A}$, & $x^2 = \pm\sqrt{\pm\sqrt{a^7A}}$, & $x = \pm\sqrt{\pm\sqrt{\pm\sqrt{a^7A}}}$, ubi octo sunt radices æquationis, seu valores x , qui posita a^7A quantitate positiva, duo sunt reales, reliqui imaginarii, ut ex signorum combinatione uniusquisque potest facile coniugere; posita eadem negativa, omnes sunt imaginarii.

8. Nunc

8. Nunc ad ∞ equationes secundi gradus completas transeamus. Hæc omnes bac generali formula possunt exprimi $x^2 + Ax + aB = 0$, in qua cum x^2 sit quadratum x , Ax duplum producti $\frac{A}{2} \cdot x$, esset $x + \frac{A}{2}$ radix quadratae quantitatis $x^2 + Ax + aB$, si aB esset quadratum quantitatis $\frac{A}{2}^2$; at cum non sit, ideo diversa erit quantitas $x^2 + Ax + aB$ a quadrato $x^2 + Ax + \frac{AA}{4}$, sed differentia omnis erit in ultimis terminis cognitis; quare posito quadrato $x^2 + Ax + \frac{AA}{4} = z^2$, erit $x^2 + Ax = z^2 - \frac{AA}{4}$, hoc est termini duo incogniti ∞ equationis nostræ ∞ quales termino unius incognito, & alteri cognito; his igitur in ∞ equatione generali pro illis substitutis, habebimus $z^2 - \frac{AA}{4} + aB = 0$, quæ ∞ quatio ad genus pertinet incompletarum, de quibus jam egimus.

9. Solvenda fit ∞ quatio $y^2 - cy - n^2 = 0$. Accipe dimidium coefficientis secundi termini, id est $\frac{-c+b}{2}$, cui in formula generali respondeat $\frac{A}{2}$, dimidio hoc incognitæ addito, fac $y - \frac{-c+b}{2} = z$ & elevato utroque membro ad quadratum $y^2 - cy + (\frac{-c+b}{2})^2 = z^2$, seu $y^2 - cy + \frac{b-c}{4}^2 = z^2$. Unde erit $y^2 - cy = z^2 - \frac{b-c}{4}^2$, & pro primo hujus membro, altero surrugato in ∞ equatione nostra, habes eam $z^2 - \frac{b-c}{4}^2 - n^2 + cm = 0$. Ergo erit $z^2 = \frac{b-c}{4}^2 + n^2 - cm$; adeoque $z = \pm \sqrt{\frac{b-c}{4}^2 + n^2 - cm}$; atqui initio factum est $y - \frac{-c+b}{2} = z$, ergo erit tandem $y = \frac{c-b}{2} \pm \sqrt{\frac{b-c}{4}^2 + n^2 - cm}$; adeoque soluta ∞ quatio.

10. Methodus tamen communior est hæc. Formulae generali $x^2 + Ax = -aB$ addatur in parte utraque $\frac{AA}{4}$, id est quadratum dimidii coefficientis termini secundi, quo fieri, ut primum membrum ∞ equationis sit quadratum perfectum: erit igitur $x^2 + Ax + \frac{AA}{4} = \frac{AA}{4} - aB$. Nunc si extrahatur radix quadrata, habemus $x + \frac{A}{2} = \pm \sqrt{\frac{A^2}{4} - aB}$, & $x = -\frac{A}{2} \pm \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$, quod idem ex superiori methodo descendit.

11. Habeamus nunc ∞ equationem $\frac{x^2}{-c} - \frac{n}{c}x + \frac{n^2}{-c^2} = 0$, erit $\frac{x^2}{-c} - \frac{n}{c}x = -\frac{n^2}{-c^2}$,

& addito quadrato dimidii coefficientis $-n - c$, $x^2 - nx + \frac{n+c}{4} = -\frac{n^2}{4}$
 $+ \frac{n+c}{4}^2$, & radice extracta erit $x - \frac{n-c}{2} = \pm \sqrt{-n^2 + \frac{n+c}{4}}$; den-
que $x = + \frac{n+c}{2} \pm \sqrt{-n^2 + \frac{n+c}{4}}$; hoc est facta actualiter potestate
 $n+c$, quæ est $n^2 + 2cn + c^2$, erit $x = \frac{n+c}{2} \pm \sqrt{\frac{-3n^2 + 2cn + c^2}{4}}$.

12. Solent etiam æquationes solvi, earum comparatione facta cum formula generali, per quam ex quantitatibus determinantur A , B , quæ indeterminatae assumptæ fuerant. Sit æquatio $x^2 + bx - nb + cx + bc = 0$; hac comparata cum formula $x^2 + Ax + aB = 0$ habemus $Ax = b + c$. \times , $aB = bc - nb$; ergo $A = b + c$, & $B = \frac{bc - nb}{a}$, & quoniam a ad arbitrium accipi potest, si faciam $a = b$, erit $B = c - n$; ita determinatis valoribus A , a , B , si eos in radice æquationis generalis $x = -\frac{A}{2} \pm \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$ ipsarum loco substituamus,

habebimus $x = -\frac{b-c}{2} \pm \sqrt{\frac{b^2 - 2bc + c^2 + 4bn}{4}}$, quod folitis operationibus æque inventum esset.

13. Nunc ad æquationis æcomenicas radices $-\frac{A}{2} \pm \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$, $-\frac{A}{2} - \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$ revertentes, atque iis translati in partem incognitæ, ut æquationis factores habeamus $x + \frac{A}{2} - \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$, $x + \frac{A}{2} + \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$, facile cognoscimus terminorum cogitorum summam, hoc est radicum, signis mutatis, esse A , qui est coefficiens secundi termini æquationis nostraæ $x^2 + Ax + aB = 0$, eorum vero productum aB esse tertium ejusdem formulæ terminum. Quum autem hæc sit proprietas quædam universalis, juvat hic in eius principia diligenter inquirere, ut alibi deinde & illam extendere commodius accidat, & in proximum usum deducere.

14. Sint duo quicunque factores $x + a$, $x + b$; multiplicantur inter se; erit productum $x^2 + bx + ab$. Si hujus producti naturam consideres, statim depre-
 $+ ax$ bendis, summam extermorum terminorum a , b esse coefficiensem termini secundi in producto, & ultimum ab esse eorum productum. Quotiescumque igitur duas habeas quantitates, quæ simul additæ secundi termini producti alicujus exhibeant coefficiensem, & invicem multiplicatae dent ultimum illius terminum, statim am-
bos producti factores obtinuisti, si carum utramque ea quantitate augeas per quam pro-

productum fuerat ordinatum; sic in allato exemplo, quia a , & b simul sumptus dant coefficientem termini secundi, & invicem ductæ dant tertium terminum, recte inferes, illius formulæ factores esse a , & b auctos quantitate x , per quam formula est ordinata, nempe esse $x+a$, $x+b$. Id autem verum est, quicunque, ut initio dixi, sint factores, quocunque productum, seu hoc, huc illiomnes, seu eorum alter zero æquales sit, aut cuilibet quantitatibus.

15. Si vero alter factorum $x+a$, $x+b$, vel ambo essent æquales zero (quod alterum non accidit nisi a , & b sint æquales) tunc etiam ex his ortum productum esset zero; quod patet, quia quantitas per zero multiplicata, vel zero per zero semper zero esse debet: haberemus igitur æquationem secundi gradus $x^2 + ax + ab = 0$, in qua æquatione ea omnia, quæ supra dicta sunt verificantur.

Imo ea verificari debent in æquationibus quibuscumque, quum nihil aliud sit æquatio nisi productum, quod est æquale zero, quia unum, aut omnes factores sunt zero. Igitur in æquatione $x^2 + ax + ab = 0$ necessario unus

saltem ex factoribus $x+a$, $x+b$, quicunque tandem sit, zero æquabitur, per quem valor x obtinetur; unde insertur illum esse valorem x , qui loco x ponitus in æquatione efficit, ut termini omnes eliduntur, & illum esse æquationis factorem, per quem perfecte dividi æquatio poterit.

16. At quamvis, uti diximus, ex eo quod æquatio sit æqualis zero, rectissime sequatur aliquem factorum zero æqualem esse, non tamen erui potest quinam sit hujusmodi factor; etenim si quæ canonice æquationis factores sint

$$x + \frac{A}{2} - \sqrt{\frac{AA}{4} + aB}, x + \frac{A}{2} + \sqrt{\frac{AA}{4} + aB}$$

eorum alter erit zero,

at quinam ille sit, hactenus ignotum est. Hujus autem rei ratio manifesta est hæc, quia æquatio duas (idem dicendum si plures quam duas) exhibens diversas radices, seu incognitæ valores diversos, indifferentem est de se, & potest per alterutrum verificari; at eodem tempore per utrumque verificari impossibile est omnino, & absurdum. Ergo uno incognitæ valore determinato, si hic ex eadem incognita subtrahatur, factorem dabit æqualem zero, ac subtractio altero fieri secundus factor necessario major, vel minor. Est igitur manifestum nescitos, qui factor zero æquatur, si solam æquationem spectemus, adeoque nescire per quam ex inventis radicibus æquatio verificetur. Quod si quereras, quid tandem illud sit, quod hanc veluti æquationis indifferentiam tollat, vel valorem incognitæ potius hunc, quam illum determinet, id ex casuum peculiarium cunctantibus pendere dicimus, ex iis nempe, quas secum trahunt peculiaria problemata, quæque in Analysis introduci non possunt; sed hæc clarius etiam ex problematicum solutione suo loco patebunt.

17. Methodi, quæ bis æquationibus secundi gradus inserviant, valent etiam ad alias quacunque solvendas, vel ad interiorem gradum reducendas, dummodo in iis tria habeantur, primo ut incognitæ non nisi in duobus terminis reperiatur, deinde ut illius exponentis utrobius sit numerus par, tertius, ut exponentis illius in uno termino sit duplus exponentis in alio. Sit $x^4 + ax^2 + b = 0$, quarti gradus æquatio, in qua requisitæ adsunt conditions; Transfer terminum cognitum, & adde utique parti quadratum dimidii coefficientis secundi termini, erit

erit $x^4 + ax^2 + \frac{a^2 AA}{4} = \frac{a^2 AA}{4} - a^3 B$, extracta radice quadrata

$$x^2 + \frac{aA}{2} = \pm \sqrt{\frac{a^2 AA}{4} - a^3 B}, \text{ adeoque } x^2 = -\frac{aA}{2} \pm \pm \sqrt{\frac{AA}{4} - aB};$$

& radice iterum extracta $x = \pm \sqrt{-\frac{aA}{2} \pm \pm \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}}$.

18. Si alia methodo uti voluissimus, faciendum erat $x^2 + \frac{AA}{2} = z^2$, unde
effet quadrando $x^4 + ax^2 + \frac{a^2 AA}{4} = z^4$, & $x^4 + ax^2 = z^4 - \frac{a^2 AA}{4}$, &
secundo hoc membro in æquatione substituto, erit $x^4 = \frac{a^2 AA}{4} - a^3 B$, &
adeoque $z^2 = \pm a \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$, & revocato valore z^2 , $\frac{x^2}{2} + \frac{aA}{2} = \pm a \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$, denique $x = \pm \sqrt{-\frac{aA}{2} \pm a \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}}$, ut supra.

19. Sit $x^6 + a^2 Ax^3 + a^3 B = 0$, erit $x^6 + a^2 Ax^3 + \frac{a^4 AA}{4} = \frac{a^4 AA}{4} - a^3 B$,
 $x^3 + \frac{a^2 A}{2} = \pm a \sqrt{\frac{AA}{4} - aB}$, æquatione e gradu sexto ad tertium producta.

20. Neque hic alia methodus est prætermittenda, quæ ad ea intelligenda, quæ
in solutione æquationum superiorum tradituri sumus, plurimum juvat. Hanc
æquationi generali simplicissimæ $x^2 + aA = 0$ applicemus. Fiat $A = \pm aC - B$,
& quantitas C sit positiva, B ad libitum vel positiva, vel negativa; erit igitur
 $x^2 \pm aC - aB = 0$; nunc incognita x in duas inæquales partes scindatur, fitque
 $x = m + n$, & quadrando $x^2 = m^2 + 2mn + n^2$; translatis terminis
 $n^2 - 2mn - m^2 = 0$. Hanc æquationem fingamus identicam æquationi $x^2 \pm aC$

$- aB = 0$, ita ut termino termino æqualis sit; hoc supposito erit $\pm aC = - 2mn$,

& $aB = m^2 + n^2$; ex prima harum æquationum habemus $a^2 C^2 = m^2 n^2$, adeo-

que $n^2 = \frac{a^2 C^2}{m^2}$, & substituto valore n^2 in alia æquatione $aB = m^2 + n^2$, fieri

illa $aB = m^2 + \frac{a^2 C^2}{m^2}$, & $m^4 - aBm^2 = - a^2 C^2$; ergo $m^4 - aBm^2$

$$+ \frac{a^2 B^2}{4} = \frac{a^2 B^2}{4} - a^2 C^2; \text{ denique } m^2 = \frac{aB}{2} + a \sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}, \text{ &}$$

$m =$

$$m = \pm \sqrt{\frac{aB}{2} + s\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}}.$$

21. Eodem pacto ex aequatione, quam primo consideravimus, descendit etiam $m^2 = \frac{a^2 C^2}{4}$, quo valore m^2 substituto in secunda, est $aB = n^2 + \frac{a^2 C^2}{4}$, & $n^4 - aBn^2 = -a^2 C^2$, adeoque $n^4 - aBn^2 + \frac{a^2 BB}{4} = \frac{a^2 B^2}{4} - a^2 C^2$, $n^2 = \frac{aB}{2} - s\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}$, & $n = \pm \sqrt{\frac{aB}{2} - s\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}}$.

22. Duo sunt valores m , & n , ut ex signis positis ante primam radicem colligitur; ergo quatuor erunt combinationes valorem x exprimentes; nempe valores m

$$\begin{aligned} 1. & \sqrt{\frac{aB}{2} + s\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}} + \sqrt{\frac{aB}{2} - s\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}} \\ 2. & -\sqrt{\frac{aB}{2} + s\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}} - \sqrt{\frac{aB}{2} - s\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}} \\ 3. & \sqrt{\frac{aB}{2} + s\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}} + \sqrt{\frac{aB}{2} - s\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}} \\ 4. & -\sqrt{\frac{aB}{2} + s\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}} + \sqrt{\frac{aB}{2} - s\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}} \end{aligned}$$

Ut ex his quatuor valoribus sciamus, quinam sint ii duo, qui aequationi nostrae $x^2 + 2aC - aB = 0$ inferiuntur; adverte productum $mn = -\frac{a}{4}C$, ergo pro signo superiore ii valores m , n erunt conjungendi, quorum producta datur $-aC$; pro signo autem inferiore, illi, quorum producta præbent $+aC$. Hoc criterio usurpatu videbimus valores primæ, & secundæ combinationis aequationi $x^2 + 2aC - aB = 0$ inferire, reliquos vero aequationi $x^2 + 2aC - aB = 0$. Hinc ut proprie magis loquamur, cum hæc solutio quatuor det valores x , erit solutio aequationis quarti gradus ortæ ex duabus secundi in se ductis $x^2 + 2aC - aB$.

$x^2 + 2aC - aB = 0$, id est $x^4 - 2aBx^2 - 4a^2 C^2 + a^2 B^2 = 0$. At si cum hæc in duas secundi resolvi potest, ideo de his agentes, congruum erat hujus solutionis usum indicare. Resolutio autem aequationis per ea, quæ nuper dictæ sunt, hoc modo obtinetur. Transfer in partem alteram terminum $4a^2 C^2$, habebis $x^4 - 2aBx^2 + a^2 B^2 = 4a^2 C^2$; extrahere radicem modo, oritur $x^2 - aB = \pm 2aC$, seu $x^2 = \pm 2aC - aB = 0$.

23. Si forte poneretur $C^2 > \frac{B^2}{4}$, tunc $\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2}$ esset imaginaria; sed non

F

ideo dicendum esset, omnes imaginarios esse quatuor \times valores. Nam hoc etiam posito primi duo reales sunt. Sufficiet id demonstrare de primo. Sit igitur

$$x = \sqrt{\frac{aB}{2} + a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}} + \sqrt{\frac{aB}{2} - a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}}, & \text{quadrando}$$

$$x^2 = \frac{aB}{2} + a\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2} + 2\sqrt{\frac{a^2B^2}{4} - \frac{a^2B^2}{4} + a^2C^2} + \frac{aB}{2} - a\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2},$$

hoc est $x^2 = aB + 2aC$, & $x = \pm\sqrt{aB + 2aC}$; ergo valor ille primus x , licet facta $C > \frac{B}{2}$, sub imaginarii forma appareat, revera imaginarius non est, sed reali quantitati $\sqrt{aB + 2aC}$ aequalis, quod ostendit imaginaria omnia se mutuo elisisse. Reliqui duo valores x in eadem hypothesi $C > \frac{B}{2}$ sunt imaginarii; eadem enim operatione facta invenitur $x = \sqrt{aB - 2aC}$ in utroque casu.

24. Adnota formulas tertia, & quartae combinationis reales fieri, si dividantur, vel multiplicentur per $\sqrt{-1}$; satis erit hoc demonstrare de formula

$$\sqrt{\frac{aB}{2} + a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}} - \sqrt{\frac{aB}{2} - a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}} \text{ divisa per } \sqrt{-1}; \text{ Hzc autem ita divisa sit } = x; \text{ ergo quadrando erit}$$

$$x^2 = \frac{aB}{2} + a\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2} - \sqrt{\frac{a^2B^2}{4} - \frac{a^2B^2}{4} + a^2C^2} + \frac{aB}{2} - a\sqrt{\frac{B^2}{4} - C^2} = \frac{aB + 2aC}{-1}$$

adeoque $x^2 = 2aC - aB$, & radice extracta $x = \pm\sqrt{2aC - aB}$ quantitatibus reali in hypothesi $C > \frac{B}{2}$; idem accidisset, si non divisio, sed multiplicatio per $\sqrt{-1}$ facta fuisset. Hic tamen ita inventus valor differt a tertio illud, quem quatuor nostræ combinationes ferunt; id tantum animadvertendum duximus, ut patetur, qua ratione per imaginarium $\sqrt{-1}$ expressiones quadraticæ imaginariæ in reales mutari possint, quod scivisse aliquando juvabit.

25. Si post inventum valorem $m = \pm\sqrt{\frac{aB}{2} + a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}}$ illum in equatione $n m = -aC$ substituimus, inventa esset $n = -\frac{aC}{\pm\sqrt{\frac{aB}{2} + a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}}}$

$$\pm\sqrt{\frac{aB}{2} + a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}}$$

& secundi membri numeratore, & denominatore multiplicato per $\sqrt{\frac{aB}{2} - a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}}$

$$\text{fierit } n = \pm\sqrt{\frac{aB}{2} - a\sqrt{\frac{BB}{4} - C^2}}, \text{ ut supra.}$$

16. Videatur hic esse locus ostendendi, qua methodo fieri possit habitis duabus aequationibus, ut una incognita quamvis ad quadratum ejeyata, sine extractione radicum evanescat. Methodus ita generaliter demonstrabitur. Sint duæ secundi gradus aequationes $y^2 + Ay + B = 0$, $y^2 + Cy + D = 0$; quantitates A , B , C , D sunt determinatae per cognitas, & incognitam aliam; una aequatio ex alia subtrahatur ex. gr. prima ex secunda, ut sit $C - A \cdot y + D - B = 0$, vel $y^2 + \frac{D - B}{C - A} = 0$, & posita $\frac{D - B}{C - A} = E$, $y + E = 0$; hanc multiplicetur per y , erit $y^2 + Ey = 0$, quæ subtrahita e prima dat $A^2 - BE$, $y + B = 0$, & $y + B = 0$, & facta $\frac{B}{A - E} = F$, $y + F = 0$; si hanc ab $y + E = 0$ subducas, sit tandem $E - F = b$. In qua y non habetur.

17. Proposantur modo ex. gr. duæ aequationes $y^2 + 2xy + 2ax + a^2 + by + x^2 - b^2 = 0$, $y^2 + 2xy - ay + by + bx - b^2 = 0$, in quibus duæ sunt incognitæ x , y , & earum una eliminari oportet, quin radix extrahatur. Subtrahit secundam e prima, habes $2ax + ay - a^2 = 0$, & facta divisione per x , $y + a - a = 0$; in qua aequatione y habet dimensionem linearēm; multiplicata eam per y , ut sit $y^2 + 2xy - ay = 0$, & hanc subtrahit de secunda datarum aequationum; erit $by + bx - b^2 = 0$, & $y + x - b = 0$, aequatio alia habens y in prima dimensione; istam nunc si subtrahas ab inventa prius $y + x - a = 0$, sit tandem $x - a + b = 0$, in qua deest y , quod erat propositum.

18. Vis methodi nullo modo requirebat, ut primam potius de altera, quam secundam de prima subtraheremus, neque ut secunda subtrahit ex hac potius, quam ex illa fieret; juvabit tamen plurimum, ut finalis aequatio simplicior obtineatur & expeditior, his potius uti liberactionibus, quam illis, at certa nequit assignari regula: quare prudentius erit Analyticæ eas in peculiaribus casibus eligere, quæ apiores esse videbuntur: eadem de causa juvat potius hanc, quam illam incognitam eliminandam fulcire; si enim in aequatione supra posita non y , sed x voluissemus eliminare, impeditior fuisset operatio; sed aliud hujus rei astferamus exemplum.

19. Sint aequationes duæ $y^2 - xy + x^2 = 0$, $y^2 - cx + c^2 = 0$, & velimus eliminare y ; e prima secunda detracta habemus $x^2 - xy + cx - c^2 = 0$, & facta divisione per x , mutatisque omnium terminorum signis, erit $y - x - c + \frac{c^2}{x} = 0$, ubi y in prima est dimensione; aequatio ista ducta in y erit $y^2 - xy - cy + \frac{c^2}{x} = 0$, quam a prima subtrahimus, & habemus $x^2 + \frac{cxy - cy}{x} = 0$, atqueo $y + \frac{x^2}{cxy - c} = 0$, aequatio secunda, in qua y unam obtinet dimen-

Hocem; hanc igitur si ab alia prius inventa derahamus, y evanescet omnino, erit $\frac{-x^3 - cx^2 + c^2}{x} \cdot \frac{-x^3}{cx - c^2} = 0$, seu $x^4 + cx^3 - 2c^2x^2 + c^4 = 0$, quæ est quarti gradus æquatio.

30. Si incognita eliminanda in una ex datis æquationibus ad primam tantum potestatem elevata esset, sicuti accidit in æquationibus ex. gr. $x^2 - y^2 - c^2 = 0$, $xy - a^2 = 0$, patet secundam esse per eam incognitam multiplicandam, quam ejicere volumus, nisi enim in utraque æquatione habeant termini illius incognitæ potestatem eandem, numquam per subtractionem elidi poterunt, in quo tota methodi vis consistit.

31. Hujus artificii naturam diligenter consideranti facile patebit, illud non in æquationibus secundi gradus tantum, sed in superioribus valere, dummodo incognita eliminanda ad æqualem assurgat potestatem; quod semper obtineri posse ex numero præcedenti potest inferri; sufficiet multiplicare æquationem, in qua minor est incognita potestas per talem ipsius potestatem, quæ sit differentia maximorum incognitæ exponentium: ita in his $x^5 + y^2x^2 - a^5 = 0$, $x^3 + xy - y^2 = 0$, habebis x ad eandem maximam potestatem in utraque elevatam, si secundam per x^3 multiplices, cujus x^3 exponentis est differentia 5, a maximorum x exponentium in propositis æquationibus.

Faciamus juxta traditam methodum $\frac{7+4x}{17+4x}=p$; ergo $x = \frac{17p+7}{4-p}$; $+1+\frac{p+3}{4}$. Faciamus iterum $\frac{p+3}{4}=q$; ergo $p=4q-3$; in qua constat fore semper p numerum integrum, quicunque sit integer numerus q . Revertentes itaque inveniemus valorem $x = \frac{17 \cdot 4q - 17 \cdot 3 + 7}{4} = 17q - 11$, & valo-

rem $y = \frac{500 - 21 \cdot 17q + 21 \cdot 11}{17} = 43 - 21q$; quare habebimus x , y numeris integris expressos. At opus etiam est vitate numeros negativos. Si $q=1$, erit $x=6$, $y=22$; si $q=2$, tunc invenitur $x=23$, $y=1$; ergo, exclusis nega-

negativis, hæc solæ inveniuntur solutiones. At hoc problematum genus negativa omnia non excludit, quæ indicant non me creditori, sed illum mihi dare, quidquid illis exprimitur, debere. Igitur factò $g = 3$ erit $x = 40$, $y = -10$:

-45	85
-18	64
-11	43
$x = 6$,	$y = 11$
23	1
40	-20
57	-41
74	-62

quod ostendit illum mihi debere 20 aureos minoris pretii, cui ego 40 aureos pretii majoris dederim. Si facimus $g = 0$, est $x = -11$, $y = 43$, unde discimus restituendos nobis aureos majoris pretii 21 post solutos 43 pretii minoris. Consule tabellam, quæ hinc inde in infinitum produci potest. Atque hæc fatis superque sunt quoad ea problemata semideterminata, quæ negativos, & fractos numeros excludunt.

17. Ad eam problematum speciem veniamus, quæ secundam conditionem postulant num. 1., nempe, ut numeri sint quadrati, cubi &c., in quo celebre Diophanti opus versatur. Plures, atque plurimum inter se diversæ sunt methodi, quibus in horum problematum solutione auctores usi sunt; ita ut, si de singulis vellemus hic agere, nimis longa res esset, & quæ una sibi volumen integrum postuaret. Labor esset præterea in re positus curiosa magis, quam utili, & ab instituto nostro aliena. Non enim hæc funditus periclitari volumus, sed tantum analyseos hujus specimen exhibere; cujus rei gratia problemata nonnulla hæc solvimus, quæ methodos, & artificia patefacient, quibus ejusdem generis alia pariter solvi possint. Hæc autem numeros fractos non excludunt, sed irrationales, quapropter in eo ac omnis est sita, ut ita incognitas quantitates nominemus, ut radicum extractiones fugiantur, & arceantur quantitates surdzæ, & quibus problematis natura abhorret.

18. Problema primum. Duos invenire numeros, quorum quadrata in summa collecta dent numerum pariter quadratum. In solutione utimur hac simplicissima methodo. Si quadrato $m^4 - 2m^2n^2 + n^4$ addatur quadratum aliud $4m^2n^2$, summa est $m^4 + 2m^2n^2 + n^4$, qui numerus est quadratus; ergo duo quæsiti numeri sunt $m^2 - n^2$, $2mn$, quorum quadrata simul sumpta æquant quadratum numeri $m^2 + n^2$.

19. Eadem arte solvemus problema. Invenire duos numeros ita, ut, quadrato unius a quadrato alterius subducto, differentia sit numerus quadratus. Evidenter numeri erunt $m^2 + n^2$, $m^2 - n^2$, quorum quadratorum differentia est $4m^2n^2$ numerus quadratus, cujus radix $2mn$; aut numeri duo erunt $m^2 + n^2$, $2mn$, qui ad quadratum elevati inter se distant per quadratum numerum $m^4 - 2m^2n^2 + n^4$, cujus est radix $m^2 - n^2$.

20. Si unus e tribus numeris detur $= a$, v. g. ille, cujus quadratum æquale est quadratis reliquorum, multiplicabimus tres numeros inventos per

$\frac{a}{m^2 + n^2}$, unde orientur numeri $\frac{m^2 - n^2 + 4mn}{m^2 + n^2}$, $\frac{2mn}{m^2 + n^2}$, a . Primorum quadrata quadratum æquant tertii dati. Alia etiam via inveniri possunt duo numeri, quorum quadrata simul æquent quadratum dati $= a$. Sit unus e numeris que-

quæfita n², alter $mx - a$; igitur ex conditionibus erit æquatio $n^2x^2 + m^2x^2 - 2max + sa = a^2$, seu $x = \frac{sa - max}{m^2}$; ergo quæfita numeri sunt $\frac{2mn + a}{m^2}$ & $\frac{2mn - a}{m^2}$; $\frac{2m^2a}{m^2 + n^2} - a = \frac{m^2 - n^2}{m^2 + n^2} \cdot a$, uti supra.

21. Problema secundum. Invenire duos numeros ita, ut eorum quadrata simul sumpta duorum aliorum quadratorum summam æquent. Accipimus duos hosce numeros $m^2a + 2mn^2b - n^2a$, utrumque ad quadratum elevamus,

$$-m^2b + 1mn^2a + n^2b$$

alias sub aliis scribentes potestates analogas m^2, n^2 , & invenimus

$$m^4a^2 + 4m^3nab - 2m^2n^2a^2 - 4mn^3ab + n^4a^2$$

$$+ 4m^2n^2b^2$$

$$m^4b^2 - 4m^3nab - 2m^2n^2b^2 + 4mn^3ab + n^4b^2$$

$$+ 4m^2n^2a^2$$

Accipimus quadratorum summam, in qua termini omnes, ubi reperitur ab , cœliduatur, quo consilio numeri electi fuerunt. Summa est $m^4a^2 + 2m^2n^2a^2 + n^4a^2$

$$m^4b^2 + 2m^2n^2b^2 + n^4b^2$$

qui sunt duo numeri quadrati; adeoque numeri assumpti dant summam quadratorum æqualem quadratis duobus numerorum $m^2 + n^2 \cdot a, m^2 + n^2 \cdot b$. Q.E.F.

22. Nonnulla animadvertere oportet, ut harum formulaarum rectus sit usus. Si fieret $m = n$, numeri inventi idem essent, atque assumpti; adeoque nugatoria solutio. Pariter si facimus $m:n::a:b$, primus ex aliis postea quæbit primum inventorum, & secundus secundum.

23. Si quis optaret numeros duos esse datos, e. g. a, b , tunc quatuor numeri dividendi erunt per $m^2 + n^2$, quo posito fient $\frac{m^2a + 2mn^2b - n^2a}{m^2 + n^2},$

$\frac{-m^2b + 2mn^2a + n^2b}{m^2 + n^2}$, a, b , & extremorum quadrata simul quadrata quæbunt priorum. Solutionem eamdem habemus etiam ita. Fingamus quæfita numeros, quorum quadrata esse debent $= a^2 + b^2$, esse $mx - a, nx - b$. Ergo ex ea conditione fiet $m^2x^2 - 2max + a^2 + n^2x^2 - 2nbx + b^2 = a^2 + b^2$,

seu $x = \frac{2ma + 2nb}{m^2 + n^2}$; hoc igitur in numeris valore substituto erunt $\frac{2m^2a + 2mn^2b}{m^2 + n^2} - a$, $\frac{2mn^2a + 2n^2b}{m^2 + n^2} - b$, seu $\frac{m^2a + 2mn^2b - n^2a}{m^2 + n^2}$,

$\frac{-m^2b + 2mn^2a + n^2b}{m^2 + n^2}$, quemadmodum antea. Neque est prætermittendum numer-

numeros accipi ad libitum posse, vel positivos, vel negativos, quoniam quadrata semper positiva sunt.

24. Quamvis in formulis numeris applicandis tempus nolimus terere, quoniam id facillimum uniuersique sit, tamen hic nobis licet duos numeros querere ab unitate diversos, quorum quadrata simul efficiant a. Faciamus igitur $a = b = 1$,

quo in casu erunt formulæ nostræ $\frac{m^2 + 2mn - n^2}{m+n}$, $\frac{-m^2 + 2mn + n^2}{m+n}$.

Nunc si ponimus erunt numeri

$$n=1, m=2 \quad \frac{7}{5}, \frac{1}{5}$$

$$n=3 \quad \frac{14}{10}, \frac{2}{5}, \text{ vel } \frac{7}{5}, \frac{2}{5}, \text{ ut primi}$$

$$n=4 \quad \frac{23}{17}, \frac{7}{17}$$

$$n=5 \quad \frac{34}{26}, \frac{14}{26}, \text{ id est } \frac{17}{13}, \frac{7}{13}$$

atque ita deinceps.

25. Problema tertium. Invenire duos numeros ita, ut data sit differentia inter eorum quadrata. Duos numeros esse supponamus $m^2 + n$, $m^2 - n$, quorum sunt quadrata $m^2 + 2mn - n^2$, $m^2 - 2mn - n^2$, & horum differentia $4mn = a$ ex problematis conditione; ergo $x = \frac{a}{4mn}$; adeoque numeri nostri sient $\frac{a}{4n} + n$, $\frac{a}{4n} - n$, qui, ut etiam numero superiore monuimus, nihil interest, utrum positivi sint, an negativi.

26. Videamus etiam hic, quomodo formulæ numeri respondeant, & quoniam duo quadrata, inter quæ differentia fit = 2. Igitur $a = 2$, adeoque numeri ad quadratum erigendi $\frac{1}{2}n + n$, $\frac{1}{2}n - n$.

Si fiat ergo numeri sunt

$$n=1 \quad \frac{3}{2}, \frac{1}{2}$$

$$n=2 \quad \frac{9}{4}, \frac{7}{4}$$

$$n=3 \quad \frac{19}{6}, \frac{17}{6}$$

$$n=4 \quad \frac{33}{8}, \frac{31}{8};$$

poteat facile tabula in infinitum produci.

27. Invenire primo numerum, qui additus quadrato suo aliud quadratum exhibeat: secundo numerum pariter inventire, quem inter & quadratum ipsius differentia quadratum sit. Esto numerus x , ejus quadratum x^2 ; ergo $x^2 + x$ quadratum erit, quod vocetur $= p^2$; ergo $x^2 + x = p^2$, vel $x = \frac{p^2 - 1}{2}$. Simili-

ratione si agamus de differentia, erit $x^2 - x = \text{quadrato}$, quod sit $q^2 x^2$; ergo $x = \frac{1}{x-q}$. Sed quia solutio hujusmodi supponit $x > 1$, cum supponatur $qua-$

$\text{dratum } x^2 > x$, si quando esset $x < 1$, tunc fuit $x - x^2 = q^2 x^2$; unde $x = \frac{x}{x+q}$.

Q. E. F.

28. Si quadratur numerus, qui, cum additus, tum subductus de suo qua-

drato, semper det numerum quadratum, necesse erit, ut $\frac{x}{x-1} = \frac{1}{1-q}$; ergo

$x - q^2 = p^2 - 1$, & $p^2 + q^2 = x$; ergo p, q numeri esse debent, quorum quadrata summa sunt $x = 2$, quos iam in secundo problemate invenimus; ergo illis substi-

$$\text{tutis } x = \frac{\frac{m^2 - 1}{m^2 + mn - n^2}}{\frac{m^2 + n^2}{m^2 + n}} - 1 = \frac{\frac{m^2 - 1}{m^2 + n^2}}{4mn + m^2 - n^2}, \text{ qui valor ex alia etiam}$$

formula habetur, si valor alter q ejus loco substituatur.

29. At si velimus $x < 1$, tunc fit oportet $\frac{t}{x-1} = \frac{p^2}{q^2 + 1}$, aut $q^2 + 1 = p^2$

$- r$; ergo $r = p^2 - q^2$. Hinc discimus quadratorum p, q debere esse differentiam $= 2$; igitur, si loco p utamur formula $\frac{1}{2n} + n$ problemate praecedenti

$$\text{inventa, reperiemus } x = \frac{1}{\frac{1}{2n} + n - p} = \frac{4n^2}{1 + 4n^2}.$$

30. Problema quintum. Numerum invenire, quo in duas partes diviso, quadratum unius partis in a ducit, & addita parte alia ducta in b , quadratum efficiat. Numerus sit x , ipsius partes y , $x-y$; ergo $a^2 y^2 + b x - b y$, aut $y^2 - \frac{b y}{a} + \frac{b x}{a}$ quadratum esse debet; quod habebimus, si $\frac{b x}{a} = \frac{b^2}{a^2}$, seu $x = \frac{b^2}{a^2}$. Q. E. L.

31. Problema sextum. Tres numeros invenire ita, ut summa omnium, & summa duorum ex ipsis, quicunque fiat, det numerum quadratum. Tres numeri sint $4x$, $x^2 - 4x$, $2x + 1$; summa omnium, ut patet, est $x^2 + 2x + 1$, x^2 summa primi & secundi, $x^2 - 2x + 1$ summa secundi & tertii, qui omnes numeri quadrati sunt; ergo, ut problemati perfecte satisfiat, nihil supererit aliud, nisi talis x valorem determinare, ut etiam $6x + 1$, quae est summa

ma primi, & tertii sit numerus quadratus. Fiat $6x+1=m^2$; ergo $x=\frac{m^2-1}{6}$;
ergo tres numeri nostri sunt $\frac{2m^2-2}{3}$, $\frac{m^4-26m^2+25}{36}$, $\frac{m^2+1}{3}$.

32. Problema septimum. Invenire tres numeros x, y, z tales, ut, si productis, quæ ex duobus eorum haberi possunt, addatur numerus constans a , quadratum semper prodeat. Tres igitur quantitates $xy+a$, $xz+a$, $yz+a$ quadrati numeri sint, oportet. Nunc primum tantum rationem habeamus, eaque sit $=r^2$; seu $xy=r^2-a$. Hoc posito, faciamus $x=r+m$, $y=r-n$; ergo $xy=r^2+rm-rn-mn=r^2-a$; ergo $r=\frac{mn-a}{m-n}$. Itaque $x=\frac{mn-a}{m-n}+m$ $=\frac{m^2-a}{m-n}$, & $y=\frac{mn-a}{m-n}-n=\frac{n-a}{m-n}$. Si igitur x, y inventos valores habent $xy+a$ procul dubio quadratum erit. Qui valores x, y si perpendantur, in oculos flatim incurrit, eos per $m-n$ multiplicatos, quantitate a deinde addita, quadrata exhibere m^2, n^2 ; ergo si fiat $z=m-n$, patet $xz+a, yz+a$ fore duo quadrata. Q. E. F.

33. Problema octavum. Duos invenire numeros, quorum summa sit quadratum, cujus radix esse debet quadratum primi numeri auctum numero altero. Sint numeri x, y ; ergo $x+y=x^2+y$. Utrumque æquationis mem-

brum fiat $=n^2x^2$, unde fit $x+y=n^2x^2, x^2+y=n^2x^2$. Ex hac æquatione ultima, extracta radice, $y=nx-x^2$; ergo $x+nx-x^2=n^2x^2$, seu $x=\frac{n+1}{n+1}x^2$; adeoque $y=\frac{n+1}{n+1}\cdot n-\frac{n+1}{n+1}x^2=\frac{n+1\cdot n+1\cdot n-(n+1)}{n+1}x^2$
 $=\frac{n^4+n^3-n-1}{n+1}=\frac{\frac{n^3(n+1)}{n+1}(n+1)-\frac{n+1}{n+1}}{n+1}x^2$.

34. Problema nonum. Deos numeros invenire ita, ut quadratum primi, altero addito, æquer quadratum secundi, addito primo. Duo quæsiti numeri sint x, y ; ergo $x^2+y^2=x^2+x$, seu $y-x=y^2-x^2$, & divisione facta per $y-x$, est $1=y+x$, quæ æquatio nos monet, unitate in duas partes qualcumque divisa, eas partes problemati satisfacere.

35. Problema decimum. Tres queruntur numeri ita, ut unius seu jusque quadratum cum reliquo summa quadratum efficiat. Quoniam x^2+2x+1 quadratum est, si tres numeros constituumus $x, 2x, 1$, primus problemati respondebit. At, ut reliqui etiam respondeant, necesse est, ut $4x^2+x+1$, $3x^2+1$ sint duo numeri quadrati. Id ut obtineamus, lemmate utimur quam-

maxime simplici. Sint duo quadrata a^2 , b^2 , minor v. gr. b^2 subtrahatur de maiori a^2 , erit $a^2 - b^2$, vel $\frac{a+b}{a-b}$. Duorum factorum semisumma æquat radicem quadrati majoris a^2 ; eorumdem semidifferentia æquat radicem quadrati minoris b^2 . Hac ergo via incidentes subtrahamus e quadrato $4x^2 + x + 1$ quadratum $3x + 1$; habemus $4x^2 - 2x = 4x^2 - 2 \cdot x$. Factorum semisumma est $\frac{5x}{2} - 1$, semidifferentia $\frac{3x}{2} - 1$. Prima itaque radix esse debet quadrati $4x^2 + x + 1$; ergo $\frac{5x}{4} - 5x + 1 = 4x^2 + x + 1$; alia debet esse radix quadrati $3x + 1$, adeoque $\frac{9x}{4} - 3x + 1 = 3x + 1$. Videamus modo utrum hæc sibi constent. Ex prima æquatione est $\frac{9x^2}{4} = 6x$, seu $x = \frac{8}{3}$; ex altera pari modo $\frac{9x^2}{4} = 6x$, & $x = \frac{8}{3}$, ut antea; ergo numeri quæstæ sunt $\frac{8}{3}, \frac{16}{3}, 1$.

36. Problema undecimum. Sempronius duas emit vini species; unius speciei pretium sunt 8 Julii in singulas mensuras, alterius speciei 5. Summa expensi est numerus quadratus, cui si addideris 60, alias exsurgit numerus quadratus, cujus radix est numerus mensurarum utriusque speciei. Quæstur quinam sit numerus mensurarum? Hic numerus sit x ; ergo ex conditione problematis $x^2 - 60$ erit numerus Juliorum, quibus vinum omne emptum est. Problema postulat, hunc numerum esse quadratum; ut id præstems, limites x circumcribere oportet. Si hac petunia $x^2 - 60$ usus fuisset Sempronius in ea emenda vi ni specie, quæ valet 5, numerus mensurarum esset $\frac{x^2 - 60}{5}$, qui numerus certe major est, quam x ; ergo $x^2 - 60 > 5x$. Eodem ratiocinio ostenditur etiam $x^2 - 60 < 8x$; ergo erunt $x^2 - 5x > 60$, $x^2 - 8x < 60$, atque additis quadratis dimidii coefficientis $x^2 - 5x + \frac{25}{4} > \frac{265}{4}$, $x^2 - 8x + 16 < 76$. Supponamus nunc radicum gratia, quadratum primum majus esse quam $\frac{289}{4}$, secundum minus, quam 64, & habebimus $x^2 - 5x + \frac{25}{4} > \frac{289}{4}$, $x^2 - 8x + 16 < 64$; extractisque radicibus $x - \frac{5}{2} > \frac{17}{2}$, $x - 4 < 8$, aut $x > \frac{22}{3} = 11$, $x < 12$. Potuissent equidem minus angusti limites reperiri; sed hi ad problematis solutionem sufficiant.

37. Intra hos limites igitur retenta x , demus operam, ut $x^2 - 60$ quadratum sit. Scimus x unum esse debere e terminis radicis quadrati hujus; terminus alter sit y ; unde habeamus $x^2 - 60 = x - y$, aut $x^2 - 60 = x^2 - 2xy$

$+ y^2$; ergo $x = \frac{y^2 + 60}{2y}$; at x major esse debet, quam 11, & minor quam 12; ergo is debet esse valor $\frac{y^2 + 60}{2y}$, ut intra 11, & 12 contineatur. Ex prima conditione quum sit $y - 11 > 12x - 60 = 61$, ponam $y - 11 > 64$; ergo $y - 11 > 8$, & $y > 19$; ex secunda quum sit $y - 12 < 14x - 60 = 84$, ponam $y - 12 < 81$; ergo $y - 12 < 9$, & $y < 21$. Quoniam y potest excurrere intra 19, 21, videamus, utrum supposito $y = 20$ problema solvatur. Igitur esse debet $x^2 - 60 = x^2 - 20 = x^2 - 40x + 400$, seu $x = \frac{460}{40} = 11\frac{1}{2}$. Oportet itaque, ut numerus mensurarum sit $11\frac{1}{2} = \frac{23}{2}$, ejus quadratum $\frac{529}{4}$, ex quo dempto $60 = \frac{240}{4}$, supererit $\frac{289}{4}$ numerus quadratus, ejus radix $\frac{17}{2}$; ergo numerus Juliorum antea ignotus, est $\frac{289}{4} = 72\frac{1}{4}$.

38. Supereft inveniendus numerus mensurarum speciei utriusque. Numerus earum, quarum pretium 5, sit z , adeoque pretium $5z$; reliquarum numerus necessario erit $11\frac{1}{2} - z$, & respondens pretium $9z - 3z$, adeoque pretium omnium simul $9z - 3z$; at hoc æquare debet $7\frac{1}{4}$; ergo $9z - 3z = 7\frac{1}{4}$, unde $3z = 19\frac{1}{4}$, & $z = 6\frac{7}{14}$ numerus mensurarum, quarum singulæ valent 5. Hic si subtrahatur de $11\frac{1}{2}$, residuum $4\frac{11}{12}$ erit numerus aliarum. Q. E. D. Haec problemata solviſſe ſufficit, ut addiſcant ſtudioſi juvenes, quid in ſimilibus praefundam fit. Si quis autem planiorem harum rerum traſlationem defideraret, præter Diophantum, eosque, qui Diophanti opus illuſtrarunt, Xilandrum videlicet, Bacchertum, & Fermatium, confulere etiam poterit Prefitem, Ozanum, & Saundertonum initio libri ſecundi Algebrae elementorum.

C A P U T OCTAVUM.

De constructione Problematum Geometricorum primi, & ſecundi gradus.

I. **U**T algebraicæ operationes geometricorum problematum ſolutioni inferiant, primo quidem geometricæ quantitates litteris ſunt exprimenda eadem ratione, qua alijs uſi ſumus, nempe ut incognitæ poſtremis, cognitæ aliis litteris indicentur. Deinde ad æquationes veniendum ductas ex problematis conditionibus. Haec autem æquationes aliquando ſponte veluti occurrent, aliquando vero magna opus eſt arte ut inveniantur, & multa ſunt antea paranda, ex gra. parallelæ ducendæ, perpendiculares erigendæ, efficiendi anguli, circuitū deſcribendi, & hujusmodi alia geometrica iuſtituenda, quæ apte ſelecta via

viam sternet, qua ad aequationes perveniamus. Monere tamen juvat, similia triangula, angulos constantes, & celebre Pythagoricum theorema plurimum in hac re valere. Ceterum, quum omnia a variis problematum circumstantiis pendant, nullas a nobis affigari posse constantes regulas, certum est. Praestabimus tamen quicumque possumus, curabimus scilicet, ut exemplis, & problematum solutionibus rem omnem quam maxime illustremus.

2. Aequationibus inventis, illaque per traditas methodos resolutis, dummodo gradum secundum non excedant, incognitarum valor per cognitas expressius determinatur. At hoc valore habito non omnis confecta res est, quum de problema geometrico agitur. Oportet namque insuper, ut problema geometrico solutum dicatur, valorem illum in lineis, aut aliis geometricis quantitatibus exhibere. Quod quidem quum difficultate non caret, ideo ab Analyseos praecipitoribus nonnullae traduntur regulæ, quas constructionum, aut locorum geometricorum nomine appellant. Nos itaque hic methodum nostram sequentes constructiones docebimus, quæ problemata geometrica primi, & secundi gradus respiquent.

3. Quod spectat ad aequationes primi gradus, quum in iis analyticus valor incognitæ subtractione vel additione, multiplicatione vel divisione terminorum inveniatur, geometricus pariter valor linearum additione vel subtractione obtinebitur, vel ad summum tertiaz, aut quartaz proportionalis inventione. Sit $x = a - b + c$, facta rectarum a , & c summa, ab eaque detracta b , quod superest erit x . Si fuerit $x = \frac{ab}{c}$, fiat ut recta c ad rectam a , ita recta b ad quartam, hoc est methodo ab Euclide tradita post rectas c , a , b quartaz proportionalis inveniatur, ea erit x . Sit $x = \frac{c^2 - b^2}{c - d}$, fiat $c - d : c - b :: c + b$ ad quartam, quæ erit x . Sit $x = \frac{ab}{c} + \frac{bd}{n}$. Si fiat $\frac{ab}{c} = f$, $\frac{bd}{n} = g$ patet fore $x = f + g$; quæ duæ rectæ f , g nihil aliud sunt, nisi duæ quartaz proportionales, prima post c , a , b , altera post n , b , d , easque in figura ex geometria invenire jam didicimus.

4. Sit $x = \frac{ab + cd}{m+n}$. Tota ars, ut ex superioribus exemplis conjici potest, in eo est sita, ut numeratorem in factores duos lineares resolvamus ad inserviendum proportionem, in qua denominator sit primus terminus, secundus & tertius duo illi factores, quartus vero quantitas invenienda. Nunc autem quum $ab + cd$ resolvi ita nequeat, ad substitutionem configimus, qua id obtineamus. Animadvertis rem egregie procedere si loco unius termini, v. gr. ab alias æqualis adhibeat, in quo una ex litteris sit secundi termini ex. gr. c , ut autem hunc terminum habeamus nihil aliud opus est, quam facere $c : a :: b$ ad quartam proportionalem, quæ vocetur f ; ergo $cf = ab$; ergo erit nostra $x = \frac{cf + cd}{m+n}$; adeoque facto $m+n : f+d :: c$ ad quartam, inventa erit incognita.

5. Sit $x = \frac{fd cn}{ab m}$. Fractio illa idem est ac productum duarum quantitatum $\frac{fd}{a}$, $\frac{cn}{b}$, quod productum dividitur per m . Voca igitur duas illas quantitates, quæ sunt duæ quartaz proportionales, primam p , q alteram, & habebis

$x = \frac{pq}{m}$; ergo $m:p::q$ ad quartam ipsi x aequalem. Si habetas $x = \frac{a^2+b^2}{c}$, fac $\frac{a^2}{b} = bn$; ergo $x = \frac{bn+b^2}{c}$, & $c:b::n+b$ ad quartam x . Sit $x = \frac{abc-def}{gb+ki}$. Fac $ef=am$, $gb=an$, $ki=ap$, ut sit $x = \frac{ab\ c-adm}{an+ap}$, sive $x = \frac{bc-dm}{n+p}$. Fac iterum $dm=bq$, ut sit $x = \frac{bc-bq}{n+p}$. Ergo x erit quarta proportionalis post $n+p$, b , $c-q$. Quantitates m , n , p , q inventa quarta proportionali determinantur. Harum substitutionum ratio est manifestissima. H. sc̄e methodis procul dubio fiet semper in aequationibus primi gradus, ut lineas reperiantur analyticis valoribus respondentes.

6. Quoad aequationes autem secundi gradus, quum ex per radicum quadratarum extractionem solvantur, adeoque ipse incognitæ valor quadraticas radices involvat, hinc necesse est docere quomodo haec quantitates geometricè exprimantur. Sit $x = \sqrt{ab}$, eleva ad quadratum $x^2 = ab$, ergo $a:x::x:b$. Est igitur x , seu \sqrt{ab} media proportionalis inter a , b , quæ invenienda est, ut docet geometria. Hinc disce radicem producti ex duobus factoribus nihil esse aliud, quam medium proportionale inter factores eosdem.

7. Sit $x = \sqrt{a^2 + b^2}$. Statue duas rectas (Fig. 1.) $AB=a$, $BC=b$, quæ efficiant angulum in B rectum, & duc AC . Per prop. 47. lib. 1. Euclid. erit $\overline{AC}^2 = \overline{AB}^2 + \overline{BC}^2$; ergo $\overline{AC}^2 = a^2 + b^2$, & $\sqrt{\overline{AC}^2}$, seu $AC = \sqrt{a^2 + b^2}$; erit igitur $x = AC$, scilicet aequalis hypothenusæ trianguli rectangulari, cujus duo latera sunt a & b .

8. Sit $x = \sqrt{c^2 - a^2}$. Describatur semicirculus (Fig. 2.) ACB , cuius diameter fit $AB=c$, & centro facto in B , intervallo $CB=a$ describatur arcus secans semicirculum in C , deinde jungatur CA . Ex 34. lib. 3. Euclid. angulus ACB rectus est; ergo per 47. lib. 1. ejusdem $\overline{AB}^2 = \overline{AC}^2 + \overline{BC}^2$, seu $\overline{AB}^2 - \overline{BC}^2 = \overline{AC}^2$; ergo $c^2 - a^2 = \overline{AC}^2$. Et $x = \sqrt{\overline{AC}^2} = AC$; adeoque nihil aliud est $\sqrt{c^2 - a^2}$, nisi latus trianguli rectangulari, cuius basis $= c$, & aliud latus $= a$. Haec sunt tres generales formulæ, ad quas radices qualcumque quadraticæ per traditas paullo ante regulas facilime reducuntur.

9. Sit $x = \sqrt{\frac{a^2}{b} + cd}$. Potest haec ad primam formulam reduci hoc pa-
to. Fac $\frac{a^2}{b} = f$, invenitur autem f , quum sit tertia proportionalis post b , a . Facta substitutione habes $x = \sqrt{af + cd}$. Pone $cd = fg$; fit g nota, quia est quarta proportionalis post f , c , d ; igitur $x = \sqrt{af + gf} = \sqrt{f(a+g)}$. Erit itaque x media proportionalis inter f , & $a+g$. Animadvertendum est etiam por-
tuistic

tuisse formulam construi statim ac post primam substitutionem obtinuimus $\sqrt{f+c d}$. Si enim inveniamus duas medias proportionales, unam inter a, f , alterum inter c, d , eisque in angulo recto constitutis basim jungamus, patet eam fore $\sqrt{a^2 + c^2}$.

10. Sit $x = \sqrt{a^2 + b c}$. Facta $b c = n^2$, est $x = \sqrt{a^2 + n^2}$, & sine ulla substitutione, si a , & media proportionalis inter b & c angulum rectum efficiant, erit necessario basis $\sqrt{a^2 + b c} = x$. Sit $x = \sqrt{a^2 + b^2 - c^2 - n^2}$, si $a^2 + b^2 = f^2, c^2 + n^2 = g^2$, erit $x = \sqrt{f^2 - g^2}$, quæ tertiam generalem formulam spectat. Sit $x = \sqrt{a^2} + \sqrt{b^2 + c^2}$. Faciamus $b^2 = c f$, & erit $\sqrt{b^2 + c^2} = \sqrt{c^2 f^2 + c^4} = c \sqrt{f^2 + c^2}$; iterum si faciamus $\sqrt{f^2 + c^2} = g$; habebimus $\sqrt{b^2 + c^2} = c g$; ergo $x = \sqrt{a^2 + c g}$, quam scimus construere.

11. Quæ hactenus dicta sunt, quamvis ad quamlibet primi & alterius gradus æquationem construendam sufficiant, nihilominus si quis iis apte uti nec sit, atque eas rectas feligere, eas rectangularis positiones, eos angulos, qui magis ad rem faciunt, in constructiones longas, & nimis implexas incident; quæ tamen, recte consideratis problematis circumstantiis, vitari facile potuissent, ut constabit in exemplis.

12. Hæ primi & secundi gradus æquationes alia quoque methodo construuntur, quam locorum geometricorum nomine appellant. Quoniam ea valet etiam in superiorum graduum æquationibus constituendis, ideo uile hic erit illius originem, atque usum in simplicioribus diligenter inspicere. Esto linea quæcumque (Fig. 3.) $B C D$ vel recta, vel curva; & alia ad libitum ducatur linea $M N$ recta, quæ hinc inde in infinitum produci intelligatur, quæ fecit ne, aut non lecer $B D$, nibil omnino resert, quamvis in figura secare supponitur. In recta $M N$ determinetur quolibet punctum A ad arbitrium, & ex A linea quolibet $A V$, $A u$, etiam in finitus numero accipiatur. Ex omnibus punctis U , u toridem recte $U Q$, aq. ducatur ad lineam $B D$ in angulo quolibet, sed omnibus communi, ut sint parallela inter se. Hæ rectæ $U Q$, uq dicuntur ordinatae lineaæ $B D$; lineaæ $A U$, $A u$ in partem utramque a determinato punto A prohuncientes, vocantur abscissæ, quarum cuiilibet sua respondet ordinata; punctum A dicitur abscissarum initium; abscissæ & respondentes ordinatae dicuntur inter se coordinatae, quæ, ut facile intelligi potest, erunt indeterminatae, sed una determinata, determinata erit etiam alia. Hac figuræ constructione, & definitionibus præmissis, quilibet indeterminata abscissa vocetur x , & respondens ordinata y , si ex his, quæ propria sunt omnium coordinatarum lineaæ $B D$, obtineatur æquatio ex prelia per solas incognitas x, y & alias cognitas, ex aquatio dicitur exprimere relationem coordinatarum lineaæ $B D$, & ipsius lineaæ $B D$ æquatio-vocatur; ut animadvertisendum est, quod si in æquatione x, y unam tantum habeant potestateum, nec sint invicem multiplicatae, sicuti æquatio est primi gradus, ita dicitur in eis casu linea $B D$ esse primi gradus, & in genere linea $B D$ semper ejus gradus vocatur, cuius est æquatio ipsius coordinatarum relationem. exprimens.

13. Sicuti vero linea quilibet suam habet respondentem æquationem, ita æquationi cuiilibet sua respondet linea geometrica. Id ut clare intellegas, sic qua-

quatio $y = \frac{ax}{b}$, quæ cum primi sit gradus; lineam quoque primi gradus designabit. In linea recta quacumque MN indefinita, determina punctum quodlibet C, & cape rectas quot libet CU determinatas; jam si rectas hæc loco successive in æquatione substituas, necesse est prodeant successive totidem determinati valores y totidem abscissas CU respondentes, qui in nostro hoc casu erunt quartæ proportionales post b, a, & assumptam quacumque CU. Sint hæc quartæ proportionales linea UQ; illas applica lineam MN unamquamque ad punctum illud U, ubi sua definit abscissa, sed idem sit omnium angulus CUQ, hoc est, sint parallela. Jam vero si per puncta omnia Q ducas lineam, ea erit linea æquationis $y = \frac{ax}{b}$; & revera manifestum est lineam BD relationem exprimere omnium coordinatarum CU, UQ, eamque esse lineam rectam, quæ necessario secabit MN, in punto C initio abscissarum; est enim triangulorum omnium rectilineorum proprium, ut quacumque CU sint ad suas UQ inter se parallelas in constanti ratione, ut hic contingit, ubi coordinata sunt inter se in ratione $b : a$.

14. Diligenter præterea animadvertendum est, quod sicuti ex C abscissas CU sumpimus tendentes in partem N, nihil prohibet quominus alias abscissas Cu sumamus ex C tendentes in partem M; at cum hæc in partem primis contrariam ferantur, hinc si illæ fuerint positivæ, hæc negativæ erunt cap. 1. num. 4. Pariter cum linea MN, BD, ut diximus, in C se mutuo secant, necessario ordinata uero respondentes singulis Cu, tendent in partem contrariam illi, in quam ferrentur ordinata UQ; unde si hæc sint positivæ, illæ negativæ sint oportet. Æquatio tamen nostra coordinatas has etiam amplecti conflat; nam scimus, eandem esse rationem inter coordinatas negativas, que inter positivas.

15. Hoc generali tradito hujus methodi specimine, facile omnino est dignoscere, æquationes quilibet primi gradus, in quibus duæ incognitæ sive indeterminatæ reperiantur, ad rectam lineam pertinere. Hujusmodi æquationes omnes hac generali formula continentur $y = \frac{mA + mx}{n}$, in qua mA summam representant terminorum omnium, qui cogniti sunt, eaque positiva esse potest, vel negativa; m est coefficiens quilibet positivus, vel negativus abscissam x multiplicans, n vero coefficiens quicunque quantitatis y, seu primi membra æquationis, quod in altero in dividorem transit, ut y sola ex una parte remaneat. Hanc autem æquationem ad lineam rectam spectare, sic facile potest ostendi. In linea recta ut anteæ indefinita MN determinato ad libitum punto A, quod sit initium abscissarum positivarum versus N, & suppositis nunc positivis quantitatibus m, n, A, & secta AC = A fiat in angulo quacumque linea AR = $\frac{mA}{n}$; per R, C ducta recta BD ea est, quæ propositæ æquationi respondet. Nam sumpta quacumque AU = x & ordinata UQ = y, & parallela recta AR erit semper CU = A + x, & per triangula similia CAR, CUQ, CA:AR::CU:UQ, adeoque A: $\frac{mA}{n}$, seu quod idem est n:m::A+x:y, unde y = $\frac{mA+mx}{n}$, quæ est æquatio proposita.

16. Si in æquatione esset A = 0, patet etiam esse $\frac{mA}{n} = 0$, ac proinde nullas fieri rectas CA, AR, & æquationem nostram ad hanc reduci $y = \frac{mx}{n}$. In hac

In hac hypothesi quum nullum aliud punctum habeamus in figura determinatum præter C: cum quo coincidit A, directio lineæ BD nullo modo est determinata. Ut hoc incommodum vitemus, fiat $x = z + b$; b est recta quælibet determinata, z indeterminata exhibet differentiam inter x & b; erit igitur, substituto novo valore x in æquatione, $y = \frac{mz + mb}{n}$, quam construere jam novimus. Methodus enim præcedens docet faciendam $AC = b$, $AR = \frac{mb}{n}$, per R, C ducendam lineam BD, quibus positis, erit A initium abscissarum AU = z, UQ erunt ordinatae = y, & C initium abscissarum x, per quod transit linea æquationis.

17. Hæc ut methodi vis appareret. Cæterum æquationem $y = \frac{mx}{n}$ hoc pacto brevius construere potuisses, etiamsi unicum punctum C habeas determinatum; Cape $CA = n$, & $AR = m$, vel CA æqualem cuicunque datæ, AR vero $= \frac{m \cdot CA}{n}$, per puncta R & C duc rectam BD, patet eam esse, quam quæsumus, & C initium abscissarum x.

18. Si quantitas A esset negativa, ejus signum mutetur, ut fiat positiva, & æquatio nostra fiet $y = \frac{mx - mA}{n}$, facile est inferre, quam nam construatio subeat mutationem. Etenim posito a initio abscissarum, cum illæ quantitate A imminui debeant, sumenda erit (Fig. 3.) $aC = A$ ex parte opposita versus N, & in parte ordinatarum negativarum facienda $ar = \frac{mA}{n}$, & puncta r, C lineam determinabunt.

19. Si positis m, n, A positivis, x accipiatur negativa, sed minor quam A, sequitur, quantitatem $\frac{mx}{n}$ negativam esse, sed minorem quam $\frac{mA}{n}$; ergo, indeterminata x mutato signo, æquatio $y = \frac{mA - mx}{n}$ dabit y positivam; quod optime figura etiam ostendit. Si vero x negativa seponatur = A, patet esse $y = 0$, & revera quum in C lineæ MN, BD secentur, confat nullam esse ordinatam. Si tertio supponatur x negativa major quam A, tunc æquatio dabit y negativam, adeoque omnibus Au respondebunt ultra punctum C ordinatae uq in partem adveroram positiæ.

20. Si quantitates m, n negativæ essent, scimus ex hoc nullas mutari oportere; nam quum earum una sit in numeratore, alia in denominatore, mutatio signorum atriusque valorem eundem relinquit; quapropter m, n haberi possent pro positivis. At si una tantum esset negativa vel m, vel n, tunc mutaretur quidem positio lineæ BD, quæ ex opposta parte lineæ abscissarum esset ducenda, & ordinatae, quæ prius erant positivæ, fierent negativæ, & viceversa. Si A fuerit negativa, quid accidat ordinatis, figura satis ostendit.

21. Diximus æquationes primi gradus indeterminatas quacumque ad generalem formulam $y = \frac{mA + mx}{n}$ reduci, si ad sint termini utramque indeterminatam continent; at si eorum alter deficit ex. gr. continens x, tunc formula esset hujusmodi $y = \frac{-A}{n}$, & locus respiceret lineam rectam lineæ abscissarum parallelam; quod clarum est, quia sumpta quacumque ad libitum abscissa, eadem illa.



illi semper responderet ordinata, quemadmodum formula postulat. Et si fiat hypothesis $A = o$; hoc est $y = o$, tunc linea illa duæ parallelæ in unam coalecent, adeoque æquationis locus esset eadem linea abscissarum. Si contra supponatur deesse y , ira ut sit $A = x$, locus erit linea recta parallela ordinatis, seu linea in quolibet angulo cum linea abscissarum, quam secaret in puncto ab eorum vertice distante per quantitatem A , quæ quantitas si nulla fiat, sectio erit in ipso abscissarum initio.

22. Ex iis, quæ hic tradidimus methodus aperitur, qua geometricè valores determinemus duarum incognitarum, quotiecumque duas habeamus indeterminatas æquationes primi gradus. Sint hæ duæ æquationes $y = \frac{ax - ab}{n}$, $y = \frac{cx - cd}{m}$, & locum utriusque investigemus. In infinita (Fig. 4.) MN punctum A sit initium abscissarum x ; capiantur $AC = b$, $CE = n$, & in quounque angulo MEF, fiat $EF = a$, ex superiorius dictis constat rectam ductam per puncta F, C fore locum primæ æquationis, cujus coordinatae sunt qualibet $AU = x$, & quilibet respondens $UQ = y$, & parallela rectæ FE. Jam vero quæramus locum æquationis secundæ, sed ita ut ejus abscissarum initium sit idem punctum A in linea eadem MN. Igitur si $AG = d$, $GP = m$, & fiat $PR = c$, sed parallela ordinatis loci prioris, hoc est parallela FE; scimus rectam ductam per puncta R, G locum esse hujus secundæ æquationis. Nunc autem si RG producta fecerit in aliquo puncto Q lineam PC pariter quantum opus est productam, & ex punto concursus demittatur QU parallela FE, dicimus eam esse y a dusbus æquationibus requisitam. Etenim quam per primam æquationem y debet pertinere ad lineam FC, & per secundam ad lineam RG, idque verificari non possit nisi in punto concursus, necesse est, ut sola UQ in illud punctum incidentis sit y ab utraque æquatione requisita. Et hoc pacto etiam x determinatur; ea namque erit AU , quæ respondet ordinata QU , quæ ducitur a punto concursus duorum locorum. Ita sit manifestum, quomodo duorum locorum intersectione geometricè inveniantur valores duarum incognitarum primi gradus.

23. Ut hæc construatio plenius intelligatur, nonnulla sunt hic animadverenda. Si ratio $n:a$ eadem fuit, ac ratio $m:c$, erit in triangulis CEF, GPR, CE:EF::GP:PR, quæ triangula quum aliunde æquales habeant angulos in E, & P, necessario erunt similia; ergo æquales anguli ECF, PGR, atque inde lineæ FC, RG parallelae; atqui lineæ parallelae, etiam si in infinitum producantur, numquam se interficiant; ergo in hoc casu non possent determinari valores x, y , qui proinde quibuscumque datis majores erunt existimandi. Si rationes $n:a, m:c$ æquales non fuerint, loci concurrent quidem in aliquod punctum; ac videndum est utrum angulus PGR major vel minor sit angulo ECF. Nam si sit major, quod contingit cum $n:a > m:c$, tunc punctum concursus erit ex parte B, si vero minor sit, hoc est si $n:a < m:c$, punctum concursus erit ex altera lineæ abscissarum parte, nempe ex parte D. Harum rationem ex vulgari geometria factis parere existimamus.

24. Si supponamus $b=d$, erit $x=b$, & $y=a$. Patet primum, quia tunc puncta Q, U incident in C; ergo $AC=b=AU=x$; patet alterum, quia ex eo quod puncta Q, U unum punctum efficiant, necesse est tota linea QU omnino evanescat. Id ipsum analysis ostendit. Etenim quam duo valores y , qui sunt in hoc casu $\frac{ax-ab}{n}, \frac{cx-cb}{m}$ inter se æquales esse oporteat, erit $\frac{\frac{ax-ab}{n} - \frac{ax-ab}{m}}{m} =$

$= \frac{c}{m} \cdot \overline{x-b}$, seu $\frac{\alpha}{n} - \frac{c}{m} \cdot \overline{x-b} = 0$; ergo alteruter ex factoribus primi membra est $= 0$, at non primus, quum ex quantitatibus ad libitum assumi possint; ergo $x-b=0$, & $x=b$. Jam vero si loco x substitutas b in utroque y valore, ambo fiunt $= 0$.

25. Denique quum rectæ BD, QG non possint se mutuo secare nisi in unico puncto, lequivit unicum ab iis valorem x , y exhiberi.

26. Facile etiam apparet, quamcumque determinatam æquationem primi gradus tradita methodo resolvi posse; quum earum qualibet pollit ad duas indeterminatas æquationes gradus ejusdem nullo negotio perduci, altera incognita introducta. En qua ratione id perficiatur. Multiplicanda est prius æquatio determinata per binomium $m+n$ (m & n sunt quantitates ad libitum sumendæ); deinde incognita in n duæ facienda æqualis formulæ alteri, in qua nova incognita reperiatur, unde orientur æquatio primi gradus indeterminata; tertio eliminanda est per substitutionem ipsa incognita multiplicata per n , qua facta substitutione alia exurget æquatio indeterminata. Locis utriusque descriptis, qualitas incognitæ valor corum intersectione determinabitur.

27. Exemplum. Sit qualibet æquatio determinata primi gradus $x=A$. Si illam per $m+n$ multiplices, est $m \cdot x + n \cdot x = m+n \cdot A$. Pone terminum $n \cdot x = \alpha y + \alpha C$, habes primam æquationem indeterminatam; & substituto hoc $n \cdot x$ valore in superiori æquatione, $m \cdot x + \alpha y + \alpha C = m+n \cdot A$, seu $m \cdot x = -\alpha y + m+n \cdot A - \alpha C$ æquationem secundam indeterminatam; ergo loci duo erunt $y = \frac{n \cdot x - \alpha C}{\alpha}$, $y = \frac{-m \cdot x + m+n \cdot A - \alpha C}{\alpha}$, qui constructi valorem x determinabunt. Hi autem non differunt a locis N. 23., nisi in denominatore, qui in his est idem, in illis diversus. Quantitates α , m , n , C ad libitum potes assumere, prout ad utilitatem, atque elegantiam magis conferre existimaveris. Si faceres ex. gr. $\alpha C = nA$, & m negativam assumeres, loci essent $y = \frac{n \cdot x - nA}{\alpha}$, $y = \frac{m \cdot x - mA}{\alpha}$ valde simpliciores. Vides rationem $m:n$ posse esse quamcumque, dummodo non sit æqualitatis, quia non duo loci essent, sed unus tantum. Facile est etiam obtinere duo loca determinata, quia in quibuscumque formulis sufficiet determinatas accipere rationes $\alpha:n$, $\alpha:m$.

28. Quemadmodum haec tenus ostensum est, quascumque primi gradus æquationes duarum rectarum intersectione resolvi posse; ita nunc ostendemus resolvi æquationes quascumque determinatas gradus secundi intersectione lineæ rectæ, & circuli. Id ut praesolum notandum est, circuli, cuius radius r , æquationem esse $x^2 + y^2 = r^2$, si abscissa a centro ducant originem, & ordinatæ diametro sint normales. Sit enim circulus (Fig. 5.) BGD, cuius centrum C, in diametro DB capiatur $CF=x$, $FG=y$ perpendicularis ipse DB; quum $CG=r$ sit hypotenusa trianguli rectanguli, patet futurum semper $x^2 + y^2 = r^2$.

29. Hoc proximissimo accipiamus æquationem generalem secundi gradus $x^2 + Ax = \alpha B$, in qua potest esse $A=0$, & tunc erit æquatio incompleta. Si æquationem multiplicemus per $m^2 + n^2$, habemus $m^2 x^2 + n^2 y^2 + m^2 + n^2 = \alpha x$.

$A^2 = \frac{m^2 + n^2}{2mn} \cdot aB$. Faciamus nunc $nx + \frac{m^2 + n^2}{2mn}$. $A = my$, seu $y = \frac{m}{m}$.
 $x + \frac{m^2 + n^2}{2mn}$. A , qui manifeste est locus primi gradus. Quadrando fiet n^2x^2 .
 $+ \frac{m^2 + n^2}{m^2 + n^2} \cdot A^2 = m^2y^2 - \frac{(m^2 + n^2)^2}{4n^2}$. A^2 ; ergo substituto secundo hoc membro pro primo, quod in æquatione antea multiplicata reperitur, habebimus
 $m^2x^2 + m^2y^2 - \frac{(m^2 + n^2)^2}{4n^2} \cdot A^2 = m^2 + n^2 \cdot aB$, seu $x^2 + y^2 = \frac{m^2 + n^2}{4n^2m^2} \cdot A^2$. A^2
 $+ \frac{m^2 + n^2}{m^2}$. aB , hoc est multiplicato & diviso termino ultimo per $\frac{m^2 + n^2}{4n^2}$,
 $x^2 + y^2 = \frac{m^2 + n^2}{4n^2m^2} \cdot \frac{A^2 + 4n^2aB}{m^2 + n^2}$ æquationem ad circulum, quæ comparata cum ea, quam jam esse propriam circuli demonstravimus, nempe cum
 $x^2 + y^2 = r^2$, ostendit radius esse debere $\frac{m^2 + n^2}{2mn} \sqrt{A^2 + 4n^2aB}$, quem vocemus $= r$.

30. Igitur radio $= r$ descripto circulo BGD hic erit locns ultimæ æquationis, cuius abscissæ CF $= x$, ordinatæ FG $= y$. Nunc ut alium locum y
 $= \frac{n}{m} \cdot x + \frac{m^2 + n^2}{2mn} A$ cum hoc componamus, ita ut utriusqne abscissæ ab eodem
 puncto C incipient, fiat CA $= \frac{m^2 + n^2}{2mn} A$, & erigatur CE perpendicularis DB

talis, ut sit $m:n :: CA : CE$, ducta linea per puncta A, E, ea erit locus alter, qui circulum secabit in G, g, & duæ ex iis punctis demissæ perpendiculares GF, gf, determinabunt duos valores x, CF, Cf, seu duas propositorum æquationis radices, quæ ambae positivæ erunt, si tendant ex C versus B, ambae negativæ si ex C versus D, altera positiva, altera negativa, si altera versus B altera versus D procedat. Si CA sit major quam radius, quod in hypothesi $m=n$ non accidet, nisi B sit negativa, tunc punctum A extra circulum erit positum; & si negativa fuerit quantitas A punctum A in oppositam cadet partem, scilicet versus B.

31. Si punctum A intra circulum cadat, æquatio duas semper habebit reales radices, nam semper linea AE in duobus punctis circumferentiam secabit, ex quibus demissæ perpendiculares in diametrum totidem determinabunt valores x. At si punctum A sit extra circulum triplex oritur casus; vel enim recta AE circulum secabit, vel tangentem, vel fugiet proorsus. Si primum accidat, duæ sunt pariter radices reales; si alterum radices ambae æquales erunt; quod patet, quia linea secans quo magis ad tangentem accedit, & propiora hunc punc-

ta intersectionum, eo etiam magis accedere perpendicularares debent ita, ut quae in contactu puncta intersectionum coincident, coincident etiam perpendicularares ab iis demissæ, adeoque utraque radicem eandem determinet. Si vero linea neque fecerit, neque tangat circulum, tunc sane radices erunt imaginariae; quod non fiet nisi CE sit major radio. Erunt pariter imaginariae radices si radius circuli fuerit quantitas imaginaria, quod est manifestum.

32. Si quis locum primi gradus optaret, qui cum linea abscissarum datum angulum efficeret, is rem obtinebit, dummodo datam accipiat rationem $m:n$.

33. Quod spectat ad radium circuli, quisque videt, ut illum inveniamus, oportere geometricum valorem quantitatis radicalis reperire, quæ etiæ ex traditis regulis possit semper geometricæ determinari, tamen non minorem videtur habere difficultatem, quam constructio jam resolutæ æquationis. Nihilominus fieri solet, ut parum aut nihil laboremus; immo aliquando datus circulus poterit

obtineri. Hac de causa vocato r radio circuli dati necesse erit, ut sit $\frac{m^2 + n^2}{2mn}$

$$\sqrt{\frac{A^2 + \frac{4n^2 aB}{m^2 + n^2}}{m^2 + n^2}} = r, \text{ ergo erit } \frac{A^2 m^4 + 2A^2 m^2 n^2 + A^2 n^4}{4m^2 n^2} + \frac{aBm^2 + aBn^2}{m^2} = r^2, \text{ seu } A^2 m^4 + 2A^2 m^2 n^2 + A^2 n^4 + 4aBm^2 n^2 + 4aBn^4 = 0 \\ - 4r^2 m^2 n^2$$

æquatio quarti gradus, quæ quum methodo secundi tractari possit, poterit etiam semper resolvi: sed quia in genere ad implicataæ constructionem perducit, ideo hic imperfectum calculum relinquemus. Eadem de causa silentio præteribimus methodum, qua æquationes secundi gradus duorum circulorum intersectione construuntur; calculus enim longus & implexus evadit. Præcipue quum methodus intersectionum non fuerit a nobis proposita, quasi simpliciores ita fierent semper constructiones primi & secundi gradus, quæ sane expeditius multo & elegantius possunt alia via obtineri, sed tantum, ut a primordiis suis methodum indicaremus, qui deinde in altioribus gradibus uti opus erit, in curvis scilicet describendis, quæ radices æquationum suis intersectionibus ostendant. Præterquam quod id non fuerat omnino prætermittendum, cuius ope industrius analysta elegantissimas solet obtinebit constructiones.

34. Verum quotiescumque constructionem perfici per circulum quemcumque, eamdem perficere potes per circulum datum methodo facili, quæ in figurarum similitudine habet fundamentum. Supponamus in Fig. 5. per intersectionem circuli BGD, cuius radius inventus sit $=f$, & lineæ Gg determinatam, sive incognitam CF, & oporteat eam per circulum datum, cuius radius $=s$ determinare. Sit hic circulus (Fig. 6.) HMI, cujus duc diametrum HI parallellum BD, divide KI in L in ea ratione, in qua CD divisa est in A; duc LM in eo angulo, in quo ducta est AG, & dimitte ordinatam MN analogam ordinatæ FG, recta KN analogæ rectæ CF habebit ad CF rationem, quam habent radii s , f . Ergo si abscindatur KO, quæ sit ad KN::f:s, erit KO $=CF$, æqualis incognitæ quæ sit, quam determinare oportebat. Quum circuli sint figuræ similes, methodus hæc, quæ unico exemplo est declarata, omnibus casibus sine dubio applicari potest.

35. Ut autem pateat, quantum in hisce rebus industria valeat, placet hic aliud addere genos constructionis traditum a doctissimo Rabuelio, quo per circulum æquationes secundi gradus omnes resolvuntur. Notum est ex geometria, quod si linea (Fig. 7.) GH duos fecerit concentricos circulos ABC, GHF, linea GA inter duas circumferentias intercepta ex una parte, sequat BH inter eadem intercepta ex parte alia. Etenim ducta ex D communi centro DO perpendiculari ad GH, ex Euclide lib. 3. prop. 3. corda utraque GH, AB bifariam in O dividitur; ergo $GO=HO$, $AO=BO$; ergo etiam $GO-AO=HO-BO$, seu $GA=BH$. Q. E. D.

36. Hoc præmilio, ut construamus æquationem $z^2 - az = bc$ ductis ad lineum rectum EF, GH, quæ se mutuo in aliquo puncto A intersecant in quocumque angulo, & accepta in earum alterutra $AB = s$, & in alia $AF = b$, $FC = c$, per tria puncta A, B, C circulus ducatur, cujus centrum sit D, deinde intervallo DF alter describatur circulus primo concentricus, qui lineam primam fecabit in punctis G, H, alteram in E; dicimus AH esse radicem positivam, AG radicem negativam æquationis propositæ. Facilis est demonstratio. Nam quum per theorema præmiliū fit $AE = FC$; erit $AE = c$; ergo rectangleum EAF = bc . Præterea vocata $AH = z$, erit $HB = AG = z - s$; ergo rectangleum GAH = $z^2 - az$; atqui rectangleum EAF, GAH per propo. 35. lib. 3. Euclid. æqualia sunt; ergo $z^2 - az = bc$, quæ est proposita æquatio. Pariter vocata $GA = -s$, erit $AH = -z + s$; ergo rectangleum GAH = $z^2 - az$ ut supra. Si habeamus æquationem $z^2 + az = bc$, constructio in hoc tantum a priori differt, quod AG erit radix positiva, AH radix negativa.

37. Si esset $b = c$, tunc esset etiam $FC = AF$; ergo coincidenter puncta A & C, quod contingit tantum quum linea AF est tangens circuli ABC. Describere igitur oportebit in hac hypothesi circulum, qui per datum punctum B transeat, & lineam AF tangat in dato puncto, quod est problema notissimum.

38. Si construenda proponatur æquation $z^2 - az = -bc$, ductis in quocumque angulo rectis (Fig. 8.) AB, AC, in prima accipiatur $AB = s$, in altera $AF = b$, $FC = c$, & per puncta A, B, C circulus describatur, cujus centrum D. Intervallo DF alter ducatur circulus primo concentricus, qui AC fecerit in punto E, AB vero in punctis G, H; dicimus duas AH, AG esse radices positivæ propositæ æquationis. Demonstratio est præcedenti simillima.

39. Eadem constructio inservit etiam æquationi $z^2 + az = -bc$, sed AH , AG tunc erunt radices negativæ. In hac tamen quotiescumque fit $\frac{a}{4} < bc$, circulus radio DF descriptus rectam AB non secabit, quod indicio erit æquationem realibus radicibus carere. Quamvis, ut clarissima hæc constructio traderetur, circuli duo concentrici descripti sint; ea tamen circulum ABC necessario non postular; sufficit enim punctum D determinare, in quo facto centro, & circulo GHF descripto radices AH, AG eodem pacto obtinebimus. Puncti autem D determinationem facilissimam esse ex geometria scimus; quum nihil aliud requiratur, quam lineas AB, AC iam cognitas bifariam sequare in O, V, & perpendicularares erigere, quæ se mutuo secantes in D punctum quadratum exhibebunt.

40. Hu-

40. Hujusmodi determinatio fiet etiam expeditior, si angulus in A rectus assumatur; nam quum hic in semicirculo necessario esse debeat, recta conjugens puncta B, C erit circuli diameter: ergo centrum D erit punctum illud, in quo ea bifariam dividitur. Hzc constructio satis superque ostendere potest, quantum hisce in rebus analytizc valeat industria. Idipsum alia docebunt exempla capitis sequentis, ubi nonnulla solvemus problemata geometrica.

C A P U T N O N U M

Problematum aliquot geometricorum primi, & secundi gradus solutio exhibetur.

1. **P**roblema primum. Datam rectam (Fig. 1.) A B utcomque in C divisione ita producere in E, ut sit rectangulum A E B æquale quadrato C E. Vocetur $A B = a$; $C B = b$, & $B E = x$ quantitas incognita, cuius determinatio solvit problema. Ex proposta conditione esse debet $A E \cdot E B = \overline{CE}^2$; ergo $a+x \cdot x = \overline{b+x}^2$, id est $a x + x^2 = b^2 + 2bx + x^2$, seu $a x - 2bx = b^2$; unde $x = \frac{b^2}{a-2b}$; igitur $a-2b:b::b:x$; quz analogia ostendit incognitam $B E = x$ esse tertiam proportionalem post $a-2b$, & b . Hinc sequens oritur constructio.

2. Capiatur $C D = b$, ut habeatur $A D = a-2b$. Ex punctis C, B duæ erigantur parallelae CL, BH, quarum prima sit $\parallel AD$, altera $\parallel CB$, & puncta L, B jungantur recta LB. Huic parallela agatur HE concurrens cum AB in E. Hzc determinat BE, quam querimus. Ex similitudine enim triangulorum LCB, HBE erit $CL:a-2b:CB=b::BH=b:BE=\frac{b^2}{a-2b}$.

3. Idem syntethice demonstratur. Ex constructione est $AD=CL:DC=CB::CB=BH:BE$; ergo componendo $AC:CB::CE:BE$, & alterando $AC:CE::CB:BE$, & componendo $A E:CE::CE:BE$; igitur CE est media proportionalis inter AE, BE, adeoque $A E \cdot BE = C E^2$. Q. E. D.

4. Verum hic determinationes quædam nullo pacto sunt prætermittendæ. Si $b < \frac{a}{2}$, punctum D semper cadit inter A, & C, & locum habet præcedens constructio. At si $b = \frac{a}{2}$, punctum D cadet in A, adeoque erit $AD=a$; ergo etiam $CL=a$, & punctum L cadet in C, & LB jacbit supra CB; ergo HE parallela LB lineam AB non occurret nisi in punto infinite remoto. Tandem si $b > \frac{a}{2}$, punctum D cadet ultra A, eritque AD negativa; quare CL duocunda est in partem priori oppositam, & quod consequens est, etiam HE parallela LB lineam AB in parte priori averia fecabit.

5. Pro-

5. Problema secundum. In dato triangulo (Fig. 2.) ABC inscribere quadratum, cuius latus unum cadat in basim BC trianguli. Quadratum inscriptum fit EDFG. In basim BC demitte perpendicularem AH, quæ ob datum triangulum data erit. Voca $BC = a$, $AH = b$, $HL = FG = x$. Ob similitudinem ABH, AFL est $AH : AL :: AB : AF$, & ob alia similitudinem ABC, AFG est $AB : AF : BC : FG$; ergo $AH = b : AL = b - x :: BC = a : FG = x$, seu alternando $b : a :: b - x : x$, & componendo $b + a : a :: b + x$; est igitur LH quarta proportionalis post notas quantitates.

6. Constructio. Producatur indefinitely BC, fiat $HM = BC$, & $MN = AH$, ut fit $HN = a + b$. Jungatur AN, tunc ex M ducatur parallela ML, quæ secabit AH in puncto L; hoc punctum L illud erit; per quod ducta FLG basi BC parallela, & demissis normalibus FD, GE, quadrilaterum EDFG est quadratum.

7. Demonstratur. Propter parallelas AN, LM similitudine erunt triangula AHN, LHM; ergo $MN = AH : AL :: HM = BC : HL$. Item ob similitudinem trianguli ABC, AFG atque $AH : AL :: BC : FG$; ergo $BC : FG :: BC : HL$; ergo $FG = HL$, adeoque EDFG quadratum est.

8. Si angulus ACB sit acutus allatae solutioni nihil deficit. Si rectus fit, patet, quadrati latus GE coincidere cum GD. Si denique sit obtusus, (Fig. 3.) EDFG quadratum utique etiam tunc erit, sed non triangulo inscriptum, quoniam ejus pars extra triangulum eadet. Idem dicitur de angulo B.

9. Problema tertium. Construere triangulum æquilaterum (Fig. 4.) ABC æquale quadrato dato CN. Basi BC sit normalis. AD, voceturque $DC = x$, adeoque quolibet latus trianguli qualiter $= a x$; ergo $AD = \sqrt{4x^2 - x^2} = x\sqrt{3}$; ergo trianguli ABC area $= x^2\sqrt{3}$; ergo vocata CN $= a$ erit $x\sqrt{3} = ax$, & $x = \sqrt{\frac{ax}{\sqrt{3}}}$.



10. Ut hunc valorem geometrice invenias, formulam ita scribe $x = \sqrt{\frac{a^3}{\sqrt{3}aa}}$. Productum CN in G, donec CG sit quadruplicata CN, describre semicirculum GMC, & erige perpendicularem NM, quæ ex natura circuli $= \sqrt{3}aa$. Huic qualiter feci NQ, descriptoque novo semicirculo QFC, duc chordam CF. Nunc si applices normaliter DE $= CN$, habebis $DC = x$. Etenim erit $QN = \sqrt{3}aa$:

$NC = a :: FN^2 : NC^2$, sive $NC^2 = a : FN^2$; ergo $DC^2 = \frac{a^3}{\sqrt{3}aa}$, & $DC = \sqrt{\frac{a^3}{\sqrt{3}aa}}$. Accepta igitur $DB = DC$, erit tota BC recta, super quam constitutum triangulum æquilaterum æquabit quadratum rectarum CN.




11. Si fuissest $x = \sqrt{\frac{a^3}{\sqrt{3}aa}}$, sumpta recta $CG = a + 1 \cdot a$, constructio eodem modo, ac antea, perageretur.

12. Problema quartum. Datis duobus circulis, quorum centra sint (Fig. 5.) A, B, ducere lineam, quæ utrumque tangat. Sit CD tangens quælibet, quæ producta concurrit in E cum AB. Ducantur AC, BD ad puncta contactus. Vocamus

Tom. I. Tab. I. pag. 78.



Tom. I. Tab. II. pag. 78.



mus $AB = s$, $AC = r$, $BD = x$. Quum auguli in C, D rectifiati, radii AC, BD erunt paralleli; ergo similia triangula EAC, EBD, & $R: r::s+x::x$; igitur dividendo $R-r:r::s+x$: quia analogia expeditissimam habet constructionem. Ducantur quocumque modo bini radii inter se paralleli AL, BM, & puncta L, M jungatur recta LM, quia producta secabit AB in E, ex quo tangens ducta ad alterutrum ex duobus circulis tanget utrumque, & problema solvet. Etenim ob similitudinem triangulorum, habebimus $LA: MB::AE:BE$; ergo $LA-MB:MB::AB:EB$, sive $R-r:r::s+x:BE$, ut analysis posulat.

13. Manifestum est, ex eodem punto E aliam quoque duci posse tangentem Ed, quia aliud circulum tanget in punto c. Patet etiam solutionem allatum spectare praeferim circulos in qualibet diametri, quo in casu communis tangens lineam centrorum secat ad plagam minoris circuli. Quod si circuli zequales sint, quoniam tangens fiat parallela recte AB, punctum E in infinitum recessat necesse est; verum in hac hypothesi facilius res perficitur; si enim radium erigas lineam AB normalem, & in punto, ubi circumferentiam secat, tangentem ducas, ea utrumque circulum tanget.

14. Quum ex eodem punto E non plures quam due tangentes duci possint, existimabit fortasse aliquis, duas tantum esse problematis solutiones. At is vehementer erraret; dñe namque tangentes duci etiam possunt a puncto quodam F positio inter A, B, qua in hypothesi facta $BF=x$, analogiam habemus $R:r::s-x::x$, & componendo $R+r:r::s+x$. Productio radio MB in N, junctaque LN, punctum F, in quo haec secat AB, illud erit, quod novas suppeditat solutiones; id est ducta ex illo tangentis ad alterutrum circulorum utrumque tanget. Ita novæ tangentes erunt KH, kh. Hoc igitur problema, etiæ equationem exhibeat primi gradus, tamen ad quartum gradum pertinet, quoniam quatuor habeat, easque diversas solutiones. Harum duarum, nempe illarum, quas præbet punctum F, imaginaria sunt, si circuli se se intersectent; at omnes imaginariae sunt, si alter circulorum intra alterum cadit.

15. Problema quintum. In dato circulo, cuius centrum (Fig. 6.) C, duos circulos describere, sece & illum, cui inscribuntur, tangentes ita, ut junctis eorum centris fiat triangulum CEF simile triangulo dato ABD. Sit factum, & producantur latera CE, CF, quia ad puncta contactus G, H pervenient. Radius CG vocetur $=r$, EI = EG = x , FH = FI = y . Propter similitudinem triangulorum CEF, ABD vocatis lateribus $BD = s$, $BA = b$, $DA = c$, orientur duæ analogiae $a:b::x+y:r-x$, $a:c::x+y:r-y$, ex quibus duæ equationes $x+y = \frac{a}{b} \cdot r - x$, $x+y = \frac{a}{c} \cdot r - y$; ergo $\frac{r-x}{b} = \frac{r-y}{c}$, unde $b:c::r-x:r-y$. Hinc duæ componendo prodeunt analogiae $b:b+c::r-x:z$, $r-x-y$, $b+c:c::z:r-x-y:r-y$, in quibus substitutis valoribus $x+y$ prius inventis, erunt $b:b+c::r-x:zr - \frac{a}{b} \cdot r - x$, $b+c:c::zr - \frac{a}{c} \cdot r - y:r-y$; igitur extremis mediisque, ut par est, multiplicatis duæ orientur equationes $arb - a \cdot r - x = b + c \cdot r - x$, $arc - a \cdot r - y = b + c \cdot r - y$, seu $\frac{arb}{b+c+a} = r - x$, $\frac{arc}{b+c+a} = r - y$, quæ tandem exhibent $* = \frac{a+c-b}{a+b+c} \cdot r, y = \frac{a+b-c}{a+b+c} \cdot r$, unde tandem $a+b+c:a+b-c:s+t::r:x$.

$$a+b+c:a+b-c::r:y.$$

16. Construō. Producāta utrinque BD caplatur $BM=Br=BA$, & $DN=Dn=Da$; ita erunt $MN=a+b+c$, $Mn=a+b-c$, $Nn=a+c-b$. Ducatur, prout lubet, radius aliquis CG; & fiat $MN:Nn::CG:EG$; hæc est radius unius ex quæstis circulis. Ducta deinde CH, quo angulum faciat $GCH=BAD$, fiat $MN:Ma::CH:HF$, quo erit radius circuiti alterius. Circuli igitur descripti centris E, F, radiis EG, FH, & sebe contingent, & circum datum GH, & d bunt triangulum ECF simile BAD.

17. Si circulos externos quæramus, eadem propositi valebit methodus, neque quidquam erit mutandum, nisi hoc, quod in analogiis pro $r=x$, $r=y$ scribendum erit $r+x$, $r+y$ ut consideranti patebit.

18. Problema sextum. Dato circolo (Fig. 7.) AEF, & punto extra illum B, quod cum centro jungat recta CB, cui fit perpendicularis BD, queritur in hac punctum D, ad quod e centro ducta CD, fit intercepta DE=DB. Vocetur radius CA=r, BA=a, BD=DE=x; erit igitur $CB=r+a$, $CD=r+x$. Propter angulum rectum in B est $CD^2=CB^2+DB^2$, aut a-
nalytice $r+x = r+a + xx$, si $r+x+xx=rr+2ra+aa+xx$, seu
 $2rx=2ra+aa$, unde analogia $2r:2a+aa::x:x$.

19. Analysis hæc non inelegans constructionem suppeditat. Producta AC, donec ad circumferentiam perveniat in F, erit $FA=2r$, $FB=2r+a$. Igitur si rectæ AB excitemus perpendicularem AG=A B=a, & jungamus FG, hæc producta secabit BD in puncto quæsto D. Nam ex similitudine triangulorum est $FA=2r$: $FB=2r+a$: $AG=a$: $BD=x$; igitur si ducatur CD, erit DE intercepta inter punctum D & circumferentiam DB.

20. Hæc quod problema, prout propositione fuit. Verum si universalius ita proponeretur; iisdem positis invenire punctum D, ad quod ducta CD sit $BD:DE$ in data ratione $a:n$. Tunc vocata $DB=x$, erit $DE=\frac{nx}{a}$, & $CD=r+\frac{nx}{a}$

ergo æquatio prodiret $r+\frac{nx}{a} = r+a + x^2$, ex qua usitata methodo in-
veniremus $x = \pm \sqrt{\frac{a^2}{n} + 2\frac{a}{n}r - a^2 - 2ar + \frac{n^2}{n}a^2r - na^2r}$. Possemus
 $\frac{n^2-a^2}{n-a}$

hinc quidem eruere constructionem, at minus profecto simplicem. Quapropter quando elegantia in primis quærenda est, ad aliud analysis genus animum convertamus.

21. Sit linea (Fig. 8.) CED problemati satisfaciens. Agatur radius CO parallelus BD, cui per punctum E ducatur perpendicularis FEG, & parallela EH. Vocetur $CB=FG=a$, radius=r, $FB=EH=x$, $EF=y$, unde $EG=HC=a-y$. Quoniam $CH:HE::CB:BD$, est $a-y::a::BD=\frac{ax}{a-y}$; ergo $DF=\frac{ax}{a-y}-x=\frac{xy}{a-y}$; & ex triangulis similibus CEG, DEF valet $CG:CE::DF:DE$; ergo $x:r::\frac{xy}{a-y}$. $DE=\frac{ry}{a-y}$. Jam vero ex conditione problematis $BD:DE$ est in ratione data $a:n$; ergo $\frac{ax}{a-y}:\frac{ry}{a-y}::a:n$, seu $ax:ry::a:n$, $x:y:r:n$.

22. Posset ex hac analogia altera ex incognitis ejci, quoniam equationem habemus aliam $CE^2 = CH^2 + EH^2$, hoc est $rr = s - y + xx$; sed hæc methodus nos ad equationem secundi gradus perduceret, cuius implicatio aliquanto esset constructio. Alia igitur via elegantia caussa incedamus. Analogia nos docet $BF : FE$ esse in data ratione $: n$. Itaque ex puncto O ducta OM parallela CB, ut sit $BM = r$, abscinde in ea $MN = n$, & junge BN. Ex quocumque recte BN puncto ducas normalem in BM, at QP, erit $BP : PQ :: r : n$; ergo punctum E necessario erit in linea BN; sed idem punctum in circuli circumferentia fit opertet; ergo erit punctum intersectionis circuli, & linea BN. Quare per punctum E intersectionis circuli, & recte BN, due CED, hæc erit quæsita.

23. Sed determinationes diligenter sunt persequendæ. Ex punto (Fig. 9.) B ducito tangentem BK, quæ producta secabit MO in L, erit $BK = \sqrt{ss - rr}$, quod si apertissimum ducto radio CK. Insuper similia sunt triangula BKC, LBM; ergo $KC : KB :: MB : ML$; sed $KC = MB$; ergo $ML = KB = \sqrt{ss - rr}$. Itaque si $n = \sqrt{ss - rr}$, linea BN transit in BL, & circum tangit, & unica obtinetur problematis solutio. Si $n < \sqrt{ss - rr}$, veluti M₂N, tunc recta B₂N, quum nusquam circulum inveniat, solutiones omnes erant imaginariae. Si $n > \sqrt{ss - rr}$, sed $< s$, ut MN, duplicum obtinemus intersectionem inter puncta A, O, adeoque solutionem problematis duplicum. Si $n = s$, ut MO, qui casus concidit cum problemate primum soluto, quia proportio evadit aequalitatis, præter punctum, quod præbuit solutio supra allata, alterum erit punctum O, per quod ducta CO in infinitum abit, quin cum BM concurrit, & ita linea, quæ sequales esse debent, evadunt infinitæ. Si denique $n > s$, ut M₃N, juncta B₃N, hæc prius secabit circulum inter puncta A, O, quæ intersectione dat similem prioribus solutionem. Deinde secabit in punto I hæc post puncta A, O. Ex I per centrum C duc IC, hæc producta concurreat cum MB in R, quo in casu etiam certum est BR : RI esse ut BC : M₃N :: s : n, quamvis expressiones rectarum fiant negativæ; sunt enim $\frac{ax}{a-y}, \frac{ry}{a-y}$, & in hoc casu $y > s$.

24. Si animum ad analysis hanc nostram advertas, eam latissime patere deprehendes; non enim necesse est, ut angulus MBC sit rectus, sed sufficit, ut rectæ (Fig. 8.) MO, FG, PQ accipiatur parallela BC. Artificium, etiam perpende, quo per intersectionem lineæ rectæ, & circuli ad elegantem constructionem devenimus. Hujusmodi methodus sepe utilis est, quum datum habes in problemate circulum; eo enim circulo per rectam fecato, solutio non raro maxima cum elegantia se feret.

25. Hanc quidem viam sequuti sumus ea maxime de caussa, ut analyseos artificia patarent; neque enim primo intuitu cognoscere licet, quoniam sit omnium methodus simplicissima. Ceterum problema hoc ita brevissime solvitur. Ex centro C (Fig. 10.) sit COR parallela BD, abscinde CR ita, ut $CO : CR$ habeat rationem datum, quæ habere debet $DE : BD$, et juge BR. Per punctum E, ubi hæc circulum fecat, ducta CED ea erit, quæ determinat punctum D. Et enim quoniam similia triangula CER, BED, habebit $DE : DB :: CE : CO : CR$, quæ est ratio data.

26. Problema septimum. Super (Fig. 11.) AB triangulum ejusmodi ACB
L con-

constituere, ut, ducta normali CD, sint AB, AC, BC, CD continue proportionales. Sit recta $AB = a$, $AD = x$, $DB = y$, ut sit $a = x + y$, deinceps $DC = z$, ut fiant $AC = \sqrt{xx + zz}$, $BC = \sqrt{yy + zz}$. Ex conditionibus problematis valebit primum haec analogia $AB:AC::CB:CD$, sive $x:y::\sqrt{xx+zz}:\sqrt{yy+zz}:z$, & quadrando $xx + 2xy + yy = xx + zz + yy$; $xx + zz:yy + zz:yy:zz$, & dividendo $2xy + yy - zz:xx + zz:yy:zz$, & permutando simul ac dividendo $2xy - zz:yy::xx:zz$; ergo transiit ad $\text{æqualitatem facto } 2xyzz - z^4 = x^2y^2$, sive $z^4 - 2xyzz + x^2y^2 = 0$, & extracta radice $z^2 - xy = 0$, seu $zz = xy$. Igitur DC est media proportionalis inter AD, BD; ergo rectus est angulus A C B.

27. Rectum angulum esse, poterat brevius ita ostendti. Ex superiori analogia est AB, CD = AC, BC; sed area trianguli est dimidium rectanguli A B, CD; ergo eadem est dimidium rectanguli A C, BC; atqui patet hanc æqualitatem haberi non posse, nisi angulus A C B rectus sit; constat igitur angulum hunc rectum esse.

28. Hoc demonstrato convertitur problema propositum in hoc aliud: Super data hypothenufa A B triangulum rectangulum describere, cuius latera A B, AC, BC sint continue proportionalia. Retentis iisdem denominationibus erit $a:\sqrt{xx+zz}::\sqrt{xx+zz}:\sqrt{yy+zz}$, & pro zz substituto xy , positaque a pro $x+y$, s. etaque divisione per \sqrt{a} , habebimus $\sqrt{a}:\sqrt{x}::\sqrt{x}:\sqrt{y}$, sive $a:x::x:y$. A D ergo debet esse media proportionalis inter A B, B D, seu dividenda est A B in extrema, & media ratione, quod notissimum est problema ab Euclide solutum.

29. Ex facta analysi haec oritur construatio. Super A B tanquam diametro describe semicirculum, eamdemque divide in D in extrema, ac media ratione; ex D excita normalem DC secantem in puncto C circumferentiam circuli A C B, tum junctis A C, BC, erit triangulum A C B illud, quod queretur.

30. Duplii in hac solutione artificio usi sumus: primo namque ex una problematis conditione proprietas describendi circuli est demonstrata, et inde ad simplicius problema solvendum res omnis deducta est. Hoc ipsum deinde in alterum conversum est, de cuius solutione jam constat.

31. Problema octavum. Circulum describere, qui per duo data puncta (Fig. 12.) A, B transeat, et datum circulum tangat, cuius centrum C. Data puncta jungant A B, quam bifariam dividat perpendicularis DE; in ea centrum circuli reperiri certum est. Sit illud F, ex quo ducantur FB, FC, quae se habent dati circuli circumferentiam in G puncto contactus; igitur erit $FB = FG$. Ex centro C demittatur in DE normalis CE, et vocentur FE = x, FB = FG = y, DB = a, ED = b, CE = c, et radius datus = r. Triangula rectangula F D B, FEC duas prebent æquationes $yy = bb + 2bx + xx + aa$, $rr + 2ry + yy = cc + xx$, quarum si primam ex altera detrahatur, erit $rr + 2ry = cc - bb - aa - 2bx$, seu $2ry = 2b \frac{cc - bb - aa - rr}{ab} - x$; ergo $2r::2b::\frac{cc - bb - aa - rr}{ab} - x$; sive $r:b::\frac{cc - bb - aa - rr}{ab} - x:y$. Si absindas EH = $\frac{cc - bb - aa - rr}{ab}$, habebis $FH = \frac{cc - bb - aa - rr}{ab} - x$, quam voca = z.

32. Problema igitur in aliud convertum est, in quo dato circulo, cuius ce-

trum C, et puncto H in recta DH, agitur de.ducenda CF ita, ut sit HF: FG::r:b, seu ut radius ad ED. Hoc autem, quod ex N. 25. facile solvitur, ita etiam conſtruitur. Accipe post b, r tertiam proportionalem HI, et jungere IC, cui parallelam ducito HG. Punctum G est illud, quod requiriatur; duxit enim CGF, propter triangula similia FGH, FCI est FH: FG::HI: CG=r, seu ut r:b. Circulus igitur, cujus centrum F, et radius FG, tangit circulum datum, et transit per puncta A, B. Punctum aliud g, in quo HG circumferentiam locat, duas esse ostendit problematis solutiones. Quare si ducas g Cf, invenies centrum f alterius circuli iisdem conditionibus prædicti; sed in primo caſu circulorum contactus exterior est, in secundo interior.

33. Problema nonum. Superdatis duabus recte partibus (Fig. 13.) CA maiore, CB minore duobus constitutis triangulis æquilateris AEC, CFB, jungatur EF secans AB productam in D; tum centro D intervallo DC describatur circulus CM: queritur in ejus circumferentia punctum M, ex quo ducantur MA, MB, sit AC: BC:: MA: MB. Primum inveniamus valorem radij DC. Ex similitudine triangulorum DAE, DCF est AE: CF, seu AC: CB:: AD: CD; ergo dividendo AC-CA: CB:: AC: CD, et analysice $a-b:b:c-a$ ad radium CD = $\frac{ab}{a-b}$; nam voco CA=a, CB=b. Sit MP normalis A B, fintque CP=x, PM=y. Aequatio ad circulum exhibet $\frac{2ab}{a-b} \cdot x - xy = yy$, & ex triangulis rectangulis est $AM = \sqrt{\frac{x^2}{a+x} + yy}$, $MB = \sqrt{\frac{x^2}{b-x} + yy}$; ergo ex conditione problematis $a:b::\sqrt{\frac{x^2}{a+x} + y^2}:\sqrt{\frac{x^2}{b-x} + y^2}$, $a^2:b^2::aa+2ax+xx:bb-2bx+xx::aa+\frac{2ax}{a-b}:bb+\frac{2bx}{a-b}$, $+ \frac{2abx}{a-b}-xx + \frac{2abx}{a-b}-xx$

& permutoando dividendoque $a^2:\frac{2ax}{a-b}::b^2:\frac{2bx}{a-b}$, five $a-b:x::a-b:x$; quia proportio necessaria quam sit, ostendit, hoc non problema esse, sed theorema, & ubicumque accipias punctum M, futurum semper AC:BC::AM:BM. Hanc revera esse descripti circuli proprietatem, ita facile potest demonstrari.

34. Jungantur MC, MD. Quoniam AE: CF, seu AC: BC:: AD: CD; præterea CE: BF, seu AC: BC:: CD: BD, erit AD: CD:: CD: BD; sed CD=DM; ergo AD: DM:: DM: BD. Triangula igitur ADM, DMB circa communem angulum D habent latera proportionalia, adeoque sunt similia, et angulus AMD=MBC; sed MBD=BMC+BMC; ergo etiam AMD=BMC+BMC; sed BCM=CMD ob triangulum isosceles DCM; ergo AMD-CMD, hoc est AMC=BMC; igitur in triangulo AMB angulus M bisariam dividitur a recta MC, ac proinde quum basis AB segmenta sequi debeant laterum proportionem, erit AC: BC:: AM: BM: Q.E.D.

L 2

35. Hanc

35. Hanc circuli proprietatem elegans solatio consequitur plurimorum, quæ proponi solent, problematum, Ad exemplum datis ut antea (Fig. 14.) AC, CB, et linea qualibet HH, in ea punctum H determinare, ex quo ductæ HA, HB sint inter se ut AC:CB, sed in quo sit angulus AHC=BHC. Determinato ut antea circuli centro D, puncta, in quibus circumferentia descripta radio CD lineam HH secant, problemati satisficiant. Illud etiam problema nullo negotio enodabis, quod adeo malos torqueare experientia comprehendimus. Datis tribus lineis (Fig. 15.) AC, CB, BG in eadem recta jacentibus punctum invenire, ex quo omnes sub æquali angulo conspiciantur. Super rectis AC, CB, BG tria ad eamdem partem constitue triangula æquilatera, et linea jungens puncta E, F determinet punctum D, & jungens puncta L, F determinet punctum K. Centris D, K intervallis DC, KB describe duos circulos, qui se intersecabunt in H. Punctum hoc illud ipsam est, quod queritur. Si vero accidat, ut se circuli nusquam secant, problema nullam habere potest solutionem.

36. Problema decimum. Super data basi (Fig. 16.) BC triangulum ifoscelles constituere, cujus angulus ad verticem A sit dimidiatum anguli ad basim. Problema hoc ceteroque ab Euclide solutum eo animo proponimus, ut studiofi radicum omnium æquationis usum discant investigare. Trianguli quæsiti ABC angulus basis alteruter ac C bifariam dividatur a linea CD, ita tres anguli A, BCD, ACD æquales erunt, & triangulum ACB simile triangulo CDB. Hinc si vocemus $AC=AB=x$, $BC=a$, valebit analogia $x:a::a:BD=\frac{a^2}{x}$, sed $DA=CD=BC=a$; ergo $BA=\frac{a^2}{x}+a=x$, adeoque $x+x-a=a$, quæ resoluta exhibet $x=\frac{a}{2}\pm\sqrt{\frac{a^2}{4}+\frac{a^2}{4}}$. Ex ambiguitate signorum \pm , constat radicem esse duplicum; utramque hoc pacto geometricè determinabis.

37. Ex B erige BE= $\frac{a}{2}$ normalem basi, junge EC= $\sqrt{\frac{a^2}{4}+\frac{a^2}{4}}$, cui si addas EF= $\frac{a}{2}$, & subtrahas EF= $\frac{a}{2}$, erunt CF= $\frac{a}{2}+\sqrt{\frac{a^2}{4}+\frac{a^2}{4}}$, $Cf=\frac{a}{2}-\sqrt{\frac{a^2}{4}+\frac{a^2}{4}}$ duæ æquationis radices, quarum prima est positiva, altera negativa. Si quis tamen ex eo, quod ex analysi eadem profluant, existimat, ambas propositum problema solvere, erraret is fane vehementer; anime enim nisi esse potest radix positiva CF. Namque quam in ea hypothesi sit latus CA=CF= $\frac{a}{2}+\sqrt{\frac{a^2}{4}+\frac{a^2}{4}}$ majus quam $a=BC=DC=DA$, erit angulus ACB=ABC=BDC=A+DCA, & angulus A=DCA; ergo angulus ACB duplus erit anguli A. At in casu altero, quam sit $-\sqrt{\frac{a^2}{4}+\frac{a^2}{4}}+\frac{a}{2} < a$, idest latus BA < BC=CD (Fig. 17.) punctum D necessario cadet ultra A in latere BA prodacto, quod determinabis applicata $CD=BC$, & erunt triangula ACD, BCD æquirura; igitur æquales anguli

guli B, D, A C B; sed angulus DCA, seu DAC aequalis duos simul B, ACB; & angulus CAB aequalis est duobus DCA, D; ergo CAB = B + D + ACB, seu, quod idem est, angulus CAB ad verticem trianguli triplus est anguli ad basim. Itaque simili cum proposito aliud problema solutum est.

38. Ut autem rei hujus causam intelligas, cur videlicet ex duabus radibus altera primo problemati inferviat, altera secundo longe diverso, animadvertis sufficit, quo paēto ad equationem divenerimus. Fecimus angulum BCD aequalem BAC, unde aequalitas infertur linearum BC, CD, DA, quæ utriusque problematis propria sunt. Diximus deinde esse AB: BC :: BC: BD; at hæc quoque analogia ad secundum problema æquæ pertinet. Quare, quum BD in primo casu sit $x - s$, in altero $x + s$, erit primi problematis equationis $xx - s^2 = ss$, secundi vero $xx + s^2 = ss$; ut si in hac sumatur x negativa fieri $xx - s^2 = ss$ a priori identica. Quum igitur hæc omnia utriusque problemati sint communia, mirum esse non debet, quod ex una eademque equatione utriusque solutio eratur.

39. Sed ut melius cognoscant analyseos cultores, quid sadicum diversitas si bi veliz, arque addiscant, quo pacto diversis quasi viis ad ejusdem solutionis metam pervenire possint, aliam hic juvat eorum gratia analysim addere, quæ ictu verbis duo zquierura triangula respiciat, tum illud, cuius ad verticem angulus dimidium est anguli ad basim; tum illud, cuius angulus ad verticem angulæ ad basim est triplus. Quæsitum triangulum sit (Fig. 18. 19.) ABC, basis BC = s , latus BA = x , et ducantur lineaæ AM, AN ita, ut angulos faciant MAB, NAC aequales angulo BAC, exdemque lineaæ producantur, docent concurrentem cum BC in punctis D, E. Certum est triangula ABD, ACE fore ictoscellæ; ergo AB = BD = AC = CE = x . Similia sunt præterea triangula EA B, ABC; ergo CB : BA :: BA : BE, et analyticæ in primo triangulo $s : x :: x : x + s$, unde $ss + s^2 = xx$, et in triangulo altero $s : x :: x : s - x$, unde $ss - s^2 = xx$, quarum equationum altera in alteram transf. accepta x negative.

40. Triangulum utramque divisionem exhibet circumferentia in quinque partes. Etenim si circulo cuilibet inscribas triangulum ABC, cujus angulus A sit dimidium singulorum ex (Fig. 20.) angulis B, C, arcus BC erit quinta pars circumferentia, et AB, AC singuli duæ quintæ partes. Contra inscripto triangulo ADE, cujus angulus A sit triplus singulorum D, E, arcus AD, AE erant singuli quinta circumferentia pars, & arcus DBCE tres quintas partes continebit.

41. Problema undecimum. Triangulum datum (Fig. 21.) ABC in data ratione $m:n$ dividere per lineaæ dataæ parallelæ. Dividatur BC in D, ut sit BD:DC :: $m:n$. Ex puncto C agatur CR parallela data, quæ in R incidat in AD productam. Recta GH parallela CR dividat triangulum ita, ut sit trapetum AHGB ad triangulum CHG :: $m:n$. Ex his clare consequitur, aequalia esse triangula ADC, GHC, & sublato trapetio communi CHPD, remanere aequalia triangula GDP, AHP. Problema igitur nostrum in hoc verti potest. Rotem GH parallelam CR ita ducere, ut aequalia sint triangula GDP, AHP.

42. His constitutis agantur HQ, HO parallela rectis AD, BC. Vocentur AD = s , BD = m , CD = n , DG = x , DQ = HO = y , erunt BG = $m - x$, CQ = $n - y$. Similitudo triangulorum ACD, HCQ, item HQG, PGD duas præbet analogias $CD:DA :: CQ:HQ$; $GQ:HQ :: CD:DQ$.

$n:s::n-y:HQ = \frac{an-ay}{n}, x+y \cdot \frac{an-ay}{n} :: x:DP = \frac{nax-axy}{nx+ny};$ ergo
 $AP = s + \frac{axy-anx}{nx+ny} = \frac{any+axy}{nx+ny}.$ Demum vocata DR = $q,$ invenies
 ob triangula similia GPD, CDR, DG:DP:: CD: DR, $x: \frac{nax-axy}{nx+ny}$
 $:: n: q,$ seu $nx+ny : na-ay :: n: q:$ unde mediis simul, & extremis
 in se ductis, et facta divisione per $n,$ aquatio oritur prima $qx+qy=na$
 $-ay.$ Alteram ut invenias, animadverte in aquilibus triangulis GPD, AHP
 parallelas GD, HO incidentes in bases DP, AP esse perpendicularibus, seu
 altitudinibus triangulorum proportionales; ergo sicuti producta basium DP, AP
 in perpendicularares essent aequalia, ita aequalia erunt producta carumdem basium
 in parallelas GD, HO, adeoque HO.AP = GD.DP, idest $y \cdot \frac{any+axy}{nx+ny}$
 $= x \cdot \frac{nax-axy}{nx+ny},$ seu $ny^2+xy^2=nx^2-x^2y,$ seu $xy \cdot \overline{x+y}=n \cdot x^2-y^2,$
 unde facta divisione per $x+y,$ habes $xy=n \cdot \overline{x-y},$ & $y=\frac{nx}{n+x}.$ Hic va-
 lor in aquatione prima substitutus sufficiet $qx+\frac{nqy}{n+x}=na-\frac{nax}{n+x},$ ejusfis-
 que divisoribus $2nqx+qy^2=n^2a,$ seu $x^2+2nx=\frac{n^2a}{q},$ quz de more resolu-
 ta dat $x+n=\frac{n\sqrt{q+a}}{\sqrt{q}}$. Radici signum \pm non apponimus, quia signum nega-
 tivum problemati non inservit.

43. Ut constructionem faciamus, adverte, esse $n:x+n::\sqrt{q}:\sqrt{q+a},$
 seu ut RD ad medianam proportionalem inter RD = $q,$ & RA = $q+a.$ Igi-
 tur inter RD, RA fac invenias medianam proportionalem RP, & per punctum
 Page GH parallelam CR; ab hac triangulum divisum erit in data ratione.

44. Determinationes in hoc problemate maximi momenti sunt, ac difficultatis. Agatur BE dividens AC, ut sit AE: EC:: BD: DC :: $m:n,$ tum
 CF parallela BE. Sit I intersectio linearum AD, BE. Ajo FI esse medianam
 proportionalem inter FD, FA; quod ita demonstro. Ex hypothesi AE: EC::
 BD: DC; atque ex triangulorum similitudine AE: EC:: AI: IF; item
 BD: DC:: DI: DF; ergo AI: IF:: DI: DF, & componendo FA: FI::
 FI: FD. Q.E.D. Itaque si linea triangulm dividens debat esse parallela CF,
 determinanda quam fit media proportionalis inter FD, FA habebimus FI. Pa-
 rallela autem recta CF per punctum I ducta est BIE, que dividit triangu-
 lum in ratione data, quod aliunde constat. Hoc determinato si CR fecerit AF
 post puncta D, F, constat, punctum P determinans RP medianam proportiona-
 lem inter RD, RA, cadere intra puncta A, I, & recta HG parallela CR
 transiens per punctum P cadet intra triangulum, & problema solutum exhib-
 bit.

45. Si vero Cr fecerit AF inter puncta D, F, punctum p determinans
 medianam proportionalem inter rD, rA, cadet intra puncta D, I; igitur hg
 parallela rC transiens per punctum p exhibet a triangulo, & praebebit extnum
 triangulum gBu. In hoc casu linea hg non dividet triangulum in ratione da-
 tam : n; sed dat Auh—g Bu:ghC::m:n. Etenim quum sint aequalia triangula
 gDp,

gDp , Aph , spatium $pABD = Aph - gBu$; ergo triangulum $ABD = Auh - gBu$; sed $ABD : ABC :: m : m+n$; ergo $Auh - gBu : ABC :: m : m+n$, & dividendo $Auh - gBu : BuhC + gBu = ghC :: m : n$. Q. E. D. Acculabunt post hec fortasse analysis, quod post inventam equationem riteque constructam quasit problematis solutionem non exhibeat. Videant hi potius, diligenterque perpendant, quidnam ex analysi quzivimus. Postulavimus scilicet, quoniam pacto ducenda sit GH datz parallela, ut essent aequalia triangula GDP , AHP . Hoc obtainemus, etiam parallelaz datz Ct extra triangulum concurrat cum CB in g ; nam triangulum $gDp = Aph$. At si linea HG cadat intra triangulum omnis, ex aequalitate triangulorum descendit, datum triangulum ABC dividum esse in data ratione; sed si pars linea gh extra triangulum sit, aequalitas triangulorum idipsum non demonstrat.

46. At enim puncto r cadente intra puncta F , D , quo pacto solvendum problema? Industria opus est vel maxima, ut ex premissa analysi, ac solutione in data ratione triangulum dividatur, si punctum r non cadat post puncta D , F . In triangulo itaque dato (*Fig. 21.*) ABC primum linea BC dividatur ab AD ita, ut sit $BD : DC :: m : n$; tum BE dividat AC , ut $AE : EC :: m : n$. Agatur CF parallela BE . Si linea, per cuius parallelam dividendum est triangulum concurrat cum AD post puncta D , F , ex dictis problema accipit solutionem, & linea dividens triangulum definit in latera CB , CA . Si vero concurrat ad alteram partem puncti F , tum duc CG dividenteum AB ita ut sit $AG : GB :: m : n$, & secantem AD in I . Linea autem CG fit parallela AM concurrens cum BE in M . Si linea data, cui ducenda est parallela, concurrat cum AD intra puncta F , I , hujus parallela ex punto A duceta secabit BE ultra puncta E , M ; ergo ex tradita solutione dueciur linea dividens triangulum, prout oportet, quae consistet inter latera AB , AC .

47. Ad reliquos casus evolvendos agatur CH , ut sit $BH : AH :: m : n$; quz secabit AD in L . Huic fit parallela BS . Si data linea incidat in DA post puncta D , L , huic parallela ducta ex punto B secabit AD post puncta D , S ; ergo extradita solutione assignabitur linea consistens inter latera BA , BC dividens in data ratione triangulum. Si vero linea data incidat intra puncta I , L , nulla adhuc habetur solutio problematis. Hoc autem ideo accidit, quia posita est $CD < BD$.

48. Quapropter ad complemandam problematis solutionem, ita dividatur BC in O , ut sit $CO : BO :: m : n$, & ducatur, producaturque AO . Similiter ducta BK ita ut sit $CK : KA :: m : n$ agatur CV u parallela BK . Si parallela datz ducta ex puncto C cadit post puncto O , ut seu D , V , habetur una solutio, & linea dividens consistit inter latera BC , CA . Notentur puncta I , I , in quibus CG , CH secant AO . Si eadem variae eadat intra puncta O , I , seu D , L , habetur solutio per lineam terminatam a lateribus BA , AC . Demum si cadit post puncta O , I , I , seu D , I , solutionem præbet linea consistens inter lateri BA , BC . Adverte in spatio I , I , seu LL per secundam hanc divisionem lateris CB duplicum obtineri solutionem, in quo spatio per primam solutionem nulla habebatur. Quare in omni casu duplum modo dividi potest triangulum in ratione data. Excipe tamen hypothesim $m = n$, quia in hac puncta D , O , item E , K , item G , H in usum coequantur.

49. Facilius idem problema hoc modo solvitur. Si triangulum (*Fig. 21.*) ABC dividendum in data ratione $m:n$ per secundam datz parallelam. Ex vertice B agatur BD parallela datz, que fesset lineam AC . Si angulus DBC major

major fit angulo ABC, punctum sectionis D extra triangulum cadet. Si vero angulus DBC fit minor ABC, punctum sectionis cadet intra triangulum. Verum in hoc casu altero, si ex A agatur datæ parallela, hæc secabit BC extra triangulum. Quare quæ de primo casu dicemus relate ad latus AC, applicanda erunt in secundo casu ad latus BC. Dividatur AC in M in ratione $m:n$, & inter DC, CM inveniatur media proportionalis CG. Si ex puncto G agatur GZ parallela BD, hæc in ratione data triangulum dividet. Nam similia triangula DBC, GZC præbent
 $CD:CG::CB:CZ$; atqui ex constructione
 $CD:CG::CG:CM$; ergo ex rationum æqualitate

$CG:CM::CB:CZ$; ergo triangula GCZ, BCM latera reciprocantia circa eundem angulum C erunt æquales; igitur si ex toto triangulo ABC demas triangula GCZ, BCM æquales, remanebit trapetum ZBAG æquale triangulo ABM; atqui CBM, ABM est in ratione data; ergo GCZ & ZBAG erit in data ratione. Q.E.D.

30. Ut externa trianguli vitentur, fiat $CD:CA::CA:CX$. Si $CM < CX$, patens est, fore $CG < CA$; quare conformatio in nullum triangulum externum incidit. Si $CM = CX$, etiam $CG = CA$; quare AR datæ parallela problema solvit. Si vero $Cm > CX$, agatur recta AR parallela data BD & m N parallela AB; tum inter duas BR, BN inveniatur media proportionalis BG, demum ex g ducatur gy parallela datæ. Sine ullo triangulo externo formabatur triangulum Bgy, quod æquale erit triangulo ABN, atque adeo per gy dividetur triangulum in ratione data. Demonstratio eadem est cum superiora. Satis est, elegantem hanc solutionem indicavisse, ex qua eisdem profluunt determinationes, quas in prima solutione ostendi fuius.

31. Problema duodecimum. Dato extra triangulum (Fig. 24. 25.) BAC puncto P ex eo ducere PQX, quæ triangulum in data ratione dividat. Per punctum P ad duo latera AB, BC producta, inter quæ punctum ipsum existit, ducatur MPN parallela lateri AC, & supponamus PQX esse lineam, quæ problema solvit. scilicet quæ ducta habemus triangulum CQX ad reliquum spatum XQB in ratione data; sit $CX = x$, $PM = s$, $CM = b$. Quoniam datum est triangulum CAB, & data ratio, quam habet ad CQX, hoc quoque determinatum erit. Fieri igitur potest huic æquale triangulum super CM in dato angulo BCA. Cognitum igitur erit bujusce trianguli status aliud, quod voco $= c$; ergo quia æqualem triangulorum latera circa æquales angulos reciprocantur, erit $CQ = \frac{b \cdot c}{x}$. Ex similitudine triangulorum CQX, MQP valebit analogia $s \pm x :: x :: b$; $\frac{b \cdot c}{x} :: x :: c$ ($s + x$ pertinet ad figuram 24, $s - x$ ad 25); ergo $x \mp c = ac$, qua æquatione resoluta fit $x = \pm \frac{c}{2} \mp \sqrt{\frac{ac + cc}{4}}$.

Quatuor ex signorum ambiguitate sunt valores x, quorum duo, in quibus $\frac{c}{2}$ affixatur signo $-$ ad 24 figuram pertinent, reliqui ad 25. At quum semper sit $\sqrt{ac + \frac{cc}{4}} > \frac{c}{2}$, duo valores, in quibus radicalis quantitas negative sumitur, negativi sint oportet, adeoque problemati non inserviant, quia x accipienda esset in parte triangulo averia. Itaque producta AC in F, donec sit CF

$CF = a + \frac{c}{4}$, super CF describatur semicirculus, factaque CG = c, erigatur normalis GT, constat CT fore medium proportionalem inter CF, CG adeoque $= \sqrt{\frac{ac + \frac{c^2}{4}}{4}}$. Huic si addatur in fig. 24 TH = $\frac{c}{2}$, erit CH = $\frac{c}{2} + \sqrt{\frac{ac + \frac{c^2}{4}}{4}}$, si in fig. 25 detrahatur, fiet CH = $\frac{c}{2} - \sqrt{\frac{ac + \frac{c^2}{4}}{4}}$. Absciende CX = CH, erit X punctum, ad quod recta ducta ex P solvet problema.

52. Verum accidere hic etiam potest, quod in superiori problemate monimus, ut hi valores aliquando problema non solvant. Finge enim punctum X cadere in ZX ita, ut ducta PZX oriatur triangulum externum SZX; tunc quidem erit triangulum CQZX ad ASZX - BSZX in data ratione; at in eadem ratione dividiv non erit triangulum CBA, quod problema postulat. Ut hoc incommodo liberemur, ducatur per puncta P, B recta PBR. Jam vero constat triangulum externum haberi non posse, nisi quem sit CX > CR. Id igitur si eveniat, paucis mutatis rem conficiemus. Nempe convertemus animum ad rectas AN, PN, super AN triangulum faciemus dato aequali, & in angulo BAC, & reliqua eodem, quo ante, modo peragamus; unde solutio priori omnino simili orietur, cui externi trianguli damna non timebimus. Posito triangulo BCR minori quam BAR, & majori quam CQX, patet, duas locum habere solutiones, quia duo hinc inde fieri possunt aequalia triangula CQX, ASZX. Si punctum P incidat in lineam AN aut CM, evident est, numquam triangulo externo locum esse. Si punctum P cadat intra triangulum, eadem terme methodo solutio perficietur, nam tam tamen industria relinquo.

53. Problema decimum tertium. Dato quadrato (Fig. 26) ABCD, ejusque latere DC indefinite producto, reclamam dicere AFE ita, ut FE intercepta sit data recta aequalis. Esto factum, & ex E demittatur normalis EH ad AB productam, sive ad AE perpendicularis EG. Notum est, triangula ABF, EHG similia esse & aequalia ob aequalia latera AB, EH; ergo HG = BF, & EG = AF. Vocemus AB = a, FE = b, BG = x, AF = y, erunt AG = a + x, & AE = b + y; sed $AG^2 = AE^2 + EG^2$; ergo in promptu erit aequatio $a^2 + 2ax + x^2 + b^2 + 2by + y^2$. Præterea similitudo triangulorum ABF, AEG præbet analogiam $AB:AF::AE:AG$, seu $a:x:y:b+y::a+x$; ergo $a+x = by+yy$. Hanc aequationem multiplicatam per 2 a prima subtrahamus, ut fiat $-a^2 - 2ax - x^2 = -bb$, seu $x = \pm\sqrt{a^2 + bb}$.

54. Produc DC in L, donec sit CL = b, & jangle BL, cui aequalis abscede BG, BZG. Super duabus AG, AZG duos describe semicirculos, & fecito puncta omnia, in quibus hi rectam DC secant, problema solvere. Hac vero puncta quatuor quoniam sint, videlicet E, 2E, 3E, 4E, quatuor quoque erunt solutiones, & intercepta = b, minime FE in angulo BCE; 2F & 3F in opposito angulo DCZF; 3F & 4E, 4F & 4E ambæ in angulo DCB. Problema igitur ad quartum gradum vere pertinet, quod etiam ostendit aequatio; si BF pro incognita x assumpta suillet. Hujus rei ratio est, quod quatuor esse possint valores BF, dom contra valores BG non nisi duo lunt, manentibus.

tibus tamen quatuor solutionibus, ut vidimus. Hinc potest facile percipi, quanta sit aliquando opus industria in incognita constituenda, quam ex ea interdum pendeat æquationis gradus. Nos hic ad secundi gradus æquationem devenimus, quæ quarti gradus æquationis vices sustinet, quia uterque incognitus valor duplum intersectionem, atque adeo solutionem duplicem exhibet.

55. Animadverbendum nunc est, binas solutiones, quas suppeditat semicirculus, cujus diameter est AG, nunquam posse deficere. Quam enim sit AG $= \sqrt{aa+bb+a}$ semper major quam $2a$, semicirculus in duobus punctis rectam DC productam necessario secabit. At non idem accidit alteri semicirculo; etenim quum $\sqrt{aa+bb-a}$, cui æqualis est diameter A2G, possit esse vel major, vel æqualis, vel etiam minor quam $2a$, hinc fieri, ut aliquando semicirculus in duobus punctis lineam fecerit, & duæ sint solutiones, aliquando eam tangat, adeoque unicam præbeat solutionem, aliquando tandem omnino fugiat, & solutio quælibet imaginaria, seu nulla sit.

56. Determinatio casus medii, a quo reliqui duo pendent, facile obtinetur potest. Is siquidem postulat, ut sit $\sqrt{aa+bb-a}=2a$; ergo $aa+bb=9aa$, seu $bb=8aa$, unde $b=2a\sqrt{2}$; atque $a\sqrt{2}$ est dupla diagonalis quadrati dati; ergo si data erit linea b æqualis duplo diametro quadrati ABCD, tunc semicirculus diametri A2G latus DC productum tanget, & punctum contactus determinabit minimam rectam, quæ in angulo BCD per punctum A duci possit. Si vero b sit major duplo diametro, necesse est, semicirculum in duobus punctis secare CD, & duas præbere solutiones; si minor, constat intersectionem nullam haberi, adeoque nullam solutionem.

57. Eadem exhiberi potest methodus, etiamsi (Fig. 27.) ABCD non quadratum fuerit, sed rombus. Ducenda nempe erit EG, ut angulus AEG = ABC, tum EH, ut EHG = ABC, unde sequitur EH = AB; demum EM sit normalis AB. Constat, ea triangula, quæ similia, aut æqualia erant in hypothesi quadrati, nunc quoque esse similia, & æqualia; ergo eisdem valent analogie, si easdem retineas denominaciones. Vocetur præterea MH $= c$. Evidens est, $A G^2 - 2AG.MH = AE^2 + GE^2$, sive analyticè $aa+2ax+xx - 2ac - 2cx = bb + aby + 2yy$. Altera æquatio eadem manet, scilicet $aa+ax = by + yy$. Hæc multiplicata per 2 deducatur a prima, ut reliqua sit $-aa+xx - 2ac - 2cx = bb$; ergo $xx - 2cx + cc = bb + a+c^2$, unde $x-c = \pm \sqrt{bb + a+c^2}$.

58. Ex analysi hæc profuit constructio; a punto C si demittatur perpendicularis CP, erit BP = MH, & AP = $a+c$; igitur accepta PQ = AP, eique perpendiculari ducta QL = b, si jungas PL, hæc $= \sqrt{bb + a+c^2}$. Capo ergo PG, P2G = PL, & habebis duos valores x = c. His effectis super AG describatur segmentum circuli capiens angulum dato ABC æqualem. Hoc rectam DC in duobus punctis secabit E, & E, quæ, ut supra advertimus, duas dabunt problematis solutiones.

59. Idem faciendum est super A2G, ut solutiones reliquas obtineamus. Verum dubium oritur, utrum segmentum describendum angulum contineat debet ABC, an potius complementum ad duos rectos. Id ut palam fiat, attente

te constructionem superiorem consideremus. Duximus rectam EG ita, ut est angulus AEG = ABF; ergo posita recta E4F = b, ducenda erit 4EzG ita, ut sit angulus A4EzG = AB4F; sed hic est angulus complens duos rectos cum angulo ABC; ergo tale debet esse segmentum describendum super A2G, ut angulum continet aequalem complementum anguli ABC ad duos rectos, cujus segmenti intersectiones cum CD producta reliquas solutiones problematis exhibebunt.

60. Problema decimumquartum. Dato circulo (Fig. 28.) A B P, illius chorda AB, in eaque punctis duobus K, D, invenire punctum P, unde ductis PKN, PDM, & juncta MN, haec sit chorda AB parallela. Hoc ad illud problema^m genitum genus spectat, quæ per speciosam analysim hanc ita facile est solvere, alia methodo solvuntur facilissime. Verum ut ista legentibus notum sit, quantum industria valeat, opportunum esse duximus, quo melius eorum progressui confuleremus, algebraicam solutionem hujus problematis exhibere. Existimemus factum, quod postulatur, sitque RS diameter parallela chordæ datæ AB, in eamque demittantur normales NL, MO, PI, quæ secant chordam in punctis F, G, E. Ex centro C perpendicularis diametro RS erigatur CT, quæ chordas omnes eidem diametro parallelas bisfariam partit. Sint circuli radius = r, HD = n, KH = m, CH = a, CL = CO = x, LN = OM = y, CI = z, PI = q. Hinc erunt FK = x - m, DG = x - n, PE = q + a, DE = n - z, KE = m + z, NF = MG = y - a. His politis ex circuli natura, quæ nos monet quadratum sinus aequaliter rectangulum segmentorum diametri, ultra se nobis offerunt aequationes duæ $r^2 - x^2 = y^2$, $r^2 - z^2 = q^2$. Similia triangula P E K, NFK dant PE:EK::NF:FK, seu $q+a:m+z::y-a:x-m$; tum triangula PED, MGD pariter similia dant PE:ED::MG:GD, aut $q+a:m+z:n-z::x-m:x-n$; quas analogias si inter se comparemus notum fieri, esse $m+z:n-z::x-m:x-n$, & componendo $m+n:n-z::2x-m-n:x-n$; ergo $n-z = \frac{mx+nx-mn-nn}{2x-m-n}$, scilicet $z = n + \frac{mn+nn-mx-nn}{2x-m-n}$. Si hunc valorem in prima analogia substituamus, fieri $q+a:m+\frac{n-m-x}{2x-m-n}::y-a:x-m$, id est consequentibus multiplicatis per $2x-m-n$, dividisque per $x-m$, $q+a:m+n::y-a:2x-m-n$; ergo $q = \frac{my-ma+ny-na}{2x-m-n} - a = \frac{m+n.y-2ax}{2x-m-n}$, & quadrando $\frac{q^2}{m+n.y-4axy.m+n-4ax^2}{2x-m-n}^2$. In hanc formulam introducantur

valores q^2, y^2 ex duabus primis aequationibus eruti, & orientur $\frac{q^2}{m+n.y-4axy.m+n-4ax^2}{2x-m-n}^2$.

$$\frac{m+n.r^2-x^2-4axy.m+n+4ax^2}{2x-m-n} = r^2 - \frac{z^2}{x.n-m}, \text{ positio}$$

nempe pro z^2 ejus valore paullo ante invento. Haec vero aequatio, si libera-
tur

tur a divisoribus, in sequentem mutatur $4r^2x^2 - 4mr^2x - 4nr^2x + m^2r^2 + 2mnr^2 + nr^2 - s^2x^2 + 2mn^2x^2 - m^2x = m^2r^2 + 2mnr^2 + nr^2 - m^2x - 2mn^2x^2 - n^2x^2 - 4maxy - 4naxy + 4ax^2$; deletisque terminis, qui effunduntur $4r^2x^2 - 4s^2x^2 + 4mn^2x^2 - 4mr^2x - 4nr^2x = -4maxy - 4naxy$, & dividendo per $4x$, $r^2 - s^2 + mn \cdot x - mr^2 - nr^2 = -ay \cdot m + n$, siue $\frac{r^2 - s^2 + mn}{m + n} \cdot x = r^2 - ay$. Quoniam vero $r^2 - s^2 = AH^2$, si vocetur AH modus, erit $\frac{b^2 + mn}{m + n} \cdot x = r^2 - ay$. Qui praecedentes aequationes ita tractasset, ut incognitae superercent x, y , is habuisset $\frac{b^2 - mn}{n - m}$. $x = rr + as$.

61. Utraque formula non ineleganter construi potest; sed primam attentius inspiciamus, eurenuque, ut expeditior etiam, si fieri potest, evadat. Manifestum est inter cosinum, & secantem medium proportionalem esse radium; sed cosinus arcus AT est CH = a ; ergo si vocemus secantem = s , erit $r = as$. Pariter quam sinus AH = b sit medius proportionalis inter cosinum & secantem cosinus diminutam, erit $bb = ss - aa$. Hisce igitur valoribus in formula substitutis, habebimus $\frac{ss - aa + mn}{m + n} \cdot x = ss - ay$, seu $m + n : s - a + \frac{mn}{a} :: x : s - y$. Hinc ad constructionem gradum facientibus primo quarenda est quarta proportionalis post CH, HK, HD, quæ invenitur juncta CK, & ducta DV ita, ut angulus HDV aequaliter angulum KCH; patet enim, tunc fore HV = $\frac{mn}{a}$. Compleatur jam parallelogrammum KDVX, & sit AZ tangens circuli diametro CT productæ occurrentis in Z. Erit CZ secans arcus AT, quam vocavimus = s , & ZV = $s - a + \frac{mn}{a}$, & XV = $m + n$. Ducatur recta ZX; punctum, in quo ea circumferentiam secat, erit punctum quæsumum, & NQ diametro perpendicularis = x , QC = y ; habebimus enim X-V : VZ :: NQ : QZ, seu $m + n : s - a + \frac{mn}{a} :: x : s - y$; adeoque si recta ducatur per puncta N, K, ea in circumferentia punctum P determinabit, quod problemati satisfaciens. Quia linea ZX si circumferentiam secat in puncto N, necesse est, ut illam secat alio etiam in puncto n, ideo duplarem solutionem fore cognoscimus; recta enim per n, K ducta in circuli peripheria punctum aliud assignaret puncto P analogum.

62. Constructio non deficit, etiamque puncta K, D data sint extra circulum; at deficit, si ipsa jaceant in diametro AB; in hac enim hypothesi habemus $a = 0$, $s = \infty$. Revertamur ergo ad formulam $\frac{b^2 + mn}{m + n} \cdot x = r^2 - ay$, & nonnulla advertamus. Quoniam $a = 0$, evanescit terminus ay , & evadit $b = r$; igitur

igitur formula nostra in hanc vertitur $\frac{r^2 + mn}{m+n} \cdot x = r^2$, quæ facta $mn = pr$, in hanc transit $x = r \cdot \frac{m+n}{r+p}$. Itaque juncta (Fig. 29.) KT, & ducta DV in angulo CDV = CTK, constat fore CV = p. Compleatur parallelogramum KDVX, & jungatur XT secans AB in F. Per F normalis diametro AB excitetur NN. Puncta N, n ea sunt, per quæ habetur solutio. Nam triangula similia dant TV:VX::TC:CF, five $r+p:m+n::r:x$, ut necesse erat.

63. Quamvis haud ineleganti constructione problema solvimus, tamen facilius utamur methodo multo potest solvi elegantius. Aliam itaque constructionem indicabimus, ut discant studiosi non illud tantum curare, ut quod propositum est assequantur, sed ut assequantur etiam quam maxime fieri potest eleganter. Ex punto (Fig. 30.) T, quod bifariam partitum arcum ATB, si dividatur TP, ea in duas partes æquales dividet angulum NPM, & AB secabit in H ita ut si KH:DH::PK:PD. Scimus esse PD.DM=AD.DB, item PK.KN=AK.KB; ergo descripto super AB semicirculo AGB, creatisque ordinatis KF, DG, quarum quadrata sunt rectangularis AK.KB, AD. DB respective æqualia, valebit

$$PK.KN:PD.DM::KF:DG^2; \text{ sed ex similitudine triangulorum}$$

$PK:PD::KN:DM$; ergo $PK^2:PD^2::KF^2:DG^2$, & $PK:PD::KF:DG$: atque $PK:PD::KH:DH$; ergo $KH:DH::KF:DG$. Dividenda igitur est recta KD in ratione data $KF:DG$. Quod ut præstet, sufficit producere GD in E, ut sit $DE=GD$, & ducere FE; quod est evidens ex triangulorum similitudine. Itaque si ex T per H, in quo puncto FE secat KD, ducatur recta, hæc determinabit punctum P, ex quo ductis PKN, PDM, erit MN data chorda AB parallela. Si ergo t vertex arcus APB, redam aliam ducas per H, determinabitur in circumferentia punctum alterius solutionis. Si recta AB esset diameter, constructione facilior evaderet; tunc enim semicirculus AGB cum ATB coincideret. Quamvis vel utrumque, vel alterutrum ex punctis datis extra circulum cadit, tum loco ordinatarum ad semicirculum AFB, quæ impossibilis fuit, ad eundem tangentes ducentæ essent, & ratiocinio eodem perficienda constructio.

64. Verum elegantissima omnium est solutio, quam attulit Pappus. Ea est hujusmodi. Ex punto (Fig. 31.) N ducatur tangens NL concurrens cum data chorda producta in punto L'. Certum est angulum LNK = NMP = KDP; ergo similia sunt triangula LNK, PDK; ergo LK:KP::NK:KD, & LK:KD = NK:KP; sed NK:KP = AK:KB; igitur LK:KD = AK:KB, unde $KD:AK::KB:LK$. Jam perfecta res est; quoniam enim tres primi termini dati sint, quartus determinatur, quo habito si ex L' ducatur ad circulum tangens LN, determinabitur N. Tangens altera L in secundæ solutioni servit. Haec methodus locum habet, sed in diametro, seu extra circulum data sint puncta.

65. Problema decimumquintum. Ex dato puncto D (Fig. 32.), quod situm est in trianguli ABC latere CB producto, ducere lineam DNM, ut triangulum DNB:ANM sit in data ratione $m:n$. Quoniam anguli DNB, ANM æquales sunt, erit triangulum DNB:ANM, aut $m:n$ in ratione DN:NM. Ex punto D composita B:N:NA ducatur, & ex A ducatur DE parallelam BA, quæ cum CA producta concurrat in E, & ex A ducatur AF

AF parallelam BC, quæ concurrat in F cum DM producta. His factis ob triangula similia constat esse DN:MN::EA:AM, præterea BN:NA::DB:AF; ergo rationibus substitutis erit $m:n$ in ratione EA:AM composita DB:AF; atqui ex similitudine triangulorum DMC, AMF habemus DC:MC::AF:AM, unde

$$AF = \frac{DC \cdot AM}{MC}; \text{ ergo } m:n \text{ composita DB:} \frac{DC \cdot AM}{MC}; \text{ ergo } \frac{m \cdot DC \cdot AM^2}{MC}$$

$$= n \cdot EA \cdot DB, \text{ sive } AM^2 = \frac{n \cdot EA \cdot DB \cdot MC}{m \cdot DC}; \text{ sed } DC:DB::EC:EA,$$

adeoque $\frac{DB}{DC} = \frac{EA}{EC}$; ergo substitutione facta $AM^2 = \frac{n \cdot EA^2 \cdot MC}{m \cdot EC}$. Abscind-

de EG tertiam proportionalem post EC, EA, ut sit EG = $\frac{EA^2}{EC}$, & fac $m:$

$$n::EG:AL; \text{ ita habebis } AL = \frac{n \cdot EG}{m} = \frac{n \cdot EA^2}{m \cdot EC}. \text{ Quapropter inventa aequa-}$$

tio in hanc vertetur $AM^2 = AL \cdot MC$. Vocetur AC = a , AL = b , AM = x ,
unde $MC = a - x$; igitur aequatio analytica erit $x^2 = b \cdot a - x$, seu $x^2 + b x = a b$, cui eleganter accommodari potest methodus P. Rabuelis, quam superiori capite tradidimus.

66. In angulo quovis ducatur AH = AC = a , abscindatur HI = AL, & per tra puncta A, L, I circulus describatur, cui alter circulus sit concentricus transiens per punctum H. Circulus iste secabit AC in punctis M, P, quorum primum est inter puncta C, A, alterum post ipsa, & utrumque exhibit solutionem. Ut expeditior constructione fiat, sit AH normalis AC, jungaturque LI, quæ bisariam dividatur in K. Patet, hoc punctum esse centrum circuli transiens per puncta L, A, I. Quare si centro K radio KH circulus describatur, hic per duplarem intersectionem cum linea AC duplarem solutionem dabit.

6. Ex hisce proprietatibus, quæ ex generalissima æquatione immediate profluunt, aliæ quoque descendunt, quibus omnes pariter gradus linearum prædictæ reperiuntur. (Fig. 2.) Io primis rectæ duæ ex punto A ductæ curvam in punctis I, O, M, N secant. Lineæ A N parallela sit D E, quæ lineam alteram in C intersecet, cui parallela F G fecit A N in H. Si A O fiat linea abscissarum, erit A I · A O : A M · A N :: C I · C O : C D · C E. Si deinde tamquam lineam abscissarum consideremus A N, habebimus A M · A N : A I · A O :: H M · H N : H F · H G; ergo C I · C O : C D · C E :: H F · H G : H M · H N. Igitur si duæ habeantur lineæ si mutuo, & curvam in duobus punctis intersecantes, hisque duæ aliæ sint parallelae, quæ idem præsent, erunt proportionalia rectangula sub interceptis inter punctum intersectionis linearum, & puncta, in quibus secantur a curva, adeoque erunt in ratione aliqua constante.

7. In linea secundi ordinis duæ chordæ sint parallelae A B, C D, rectisque A C, B D (Fig. 3.) junctis, claudatur quadrilaterum A B D C, & ex quolibet curvæ punto M ducatur M N parallela lateribus A B, C D; dicimus interceptas P M, Q N aequales fore. Etenim recta, quæ bifariam dividit A B, C D, eadem ratione fecit M N; sed ex vulgarí geometria recta eadem bifariam dividit etiam P Q; ergo quam in punto eodem bifariam dividantur rectæ M N, P Q, erit necessario P M = Q N, & quod consequens est M Q = N P. Itaque si quisque habeamus nota curvæ puncta A, B, D, C, M, facile est extum N invenire.

8. Demonstratum est paullo ante $M Q \cdot Q N : B Q \cdot D Q$ esse in ratione constante; ergo quoniam $N Q = M P$, in ratione eadem sit oportet $M P \cdot M Q : B Q \cdot D Q$. Hæc vera sunt quicunque sit locus puncti M in curva, ut facile

apparet. Quare si quodlibet aliud accipiatur punctum K, ex quo chordis AB, CD sit parallela GH occurrens lateribus productis in G, H, erit in constante ratione omnino eadem KH:KG:HB:HD. Si per punctum M ducatur RMS parallela lateri BD, quæ chordis AB, CD occurrit in punctis R, S, quoniam RM = BQ, & MS = QD, erit MP:MQ:MR:MS in constante ratione. Itaque si ex eodem curvæ puncto M due rectæ ducantur MQ, RS, quarum prima chordis AB, CD parallela reliqua duo latera fecerit in punctis P, Q, altera vero parallela lateri BD chordas parallelas inveniat in R, S, semper habebimus MP:MQ in ratione constanti ad MR:MS.

9. Si pro CD sit qualibet alia chorda DK, & jungatur AK, & RMS producatur, donec in V fecerit ipsam DK, habemus quadrilateri ABDK latera intersecta a quacumque MQ parallela chordæ AB in punctis T, Q, & ab RV parallela lateri BD in punctis R, V, quæ duæ lineæ ex eodem venient puncto M ad arbitrium sumpto. His positis erit MT:MQ:RM:MV in eadem constante ratione. Ut id demonstretur, animadvertendum est, esse MP:MQ: BQ:DQ :: KG.KH : BH.DH, sive MP:MQ:MR:MS :: KG.KH: BH.DH; sed similia sunt triangula APT, AGK, item DSV, DHK; ergo ex primis TP:AP::KG:AG, & AP:BQ::AG:BH; ergo rationibus invicem multiplicatis TP:AP:BQ:AP::KG:AG:BH.AG, seu TP: BQ:KG:BH. Triangula alia exhibent DS = MQ:SV::KH:DH; ergo multiplicatis rationibus TP:MQ:BQ:SV::KG.KH:BH.DH, seu posita MR pro fibi æquali BQ het TP:MQ:MR:SV :: KG.KH:BH.DH, quam analogiam si comparemus cum superiore
 $MP:MQ:MR:MS :: KG.KH:BH.DH$, habebimus
 $MP:MQ:MR:MS :: TP:MQ:MR:SV$; ergo accepta antecedentium, & consequentium summa, erit MQ.MP + TP:MR.MS + SV:MP.MQ:MR.MS, seu MQ.MT:MR.MV:MP.MQ:MR.MS; igitur duabus ad libitum punctis K, M acceptis in curva, ratio MQ.MT:MR.MV eadem erit semper, dummodo MQ, RV parallelae sint chordis AB, BD.

10. Nunc si postremæ analogiaz antecedentei dividantur per MQ, & consequentes per MR, oritur MT:MV:MP:MS. Hinc quoniam mutatio penitus nihil aliud præstat, quæ puncta intersectionum T, V ad alias loca transferre, patet constantem fore rationem MT:MV, ubicumque punctum K accipiatur in curva, donec immotu n maneat punctum M.

11. Ex hisce generalissima quedam inserunt linearum secundi ordinis proprietas. Data sint in qualibet ex iis curvis puncta quatuor A, B, C, D, (Fig. 4) quæ jungant rectæ ita, ut quadrilaterum perficiatur ABCD. Si ex quocumque ejusdem curvæ puncto M ad quadrilateri latera rectæ quatuor duæ intellegantur MF, MK, MG, MH, quæ angulos datos efficiant, erit rectangulum sub duabus tendentibus ad latera opposita in constante ratione ad rectangulum sub duabus reliquis, hoc est MF:MG:MH:MK in ratione constanti. Hoc ut demonstretur, ex M sint duæ rectæ, MQ parallela ad AB secans latera AD, BC in P, Q, & RMS parallela lateri BC reliquis: duobus occurrens in K, S. Ex demonstratis constans est ratio MR:MS:MP:MQ; sed propter datos angulos F, G, H, K rationes MR:MF:MS:MG, MP:MH, MQ:MK omnes datae sunt: ergo MF:MG:MH:MK est in ratione constanti.

12. Sit CBA (Fig. 5.) tangens lineam secundi ordinis, ex qua ductæ

duas paralleles BE, CG curvam secant in punctis D, E, F, G. Demonstravimus esse $B\ A^2 : C\ A^2 :: B\ D : B\ E$; $B\ E : C\ F : C\ G$. Inter duas BD, BE absindatur media proportionalis BH, & pariter CK media proportionalis inter CF & CG; erit igitur $B\ D : B\ E = B\ H^2 : C\ K^2$; ergo $B\ A^2 : C\ A^2 :: B\ H^2 : C\ K^2$; ergo $B\ A : C\ A :: B\ H : C\ K$; igitur puncta omnia H, K &c. erunt in linea recta, quæ per contactum transibit. Itaque si recta e contactu discedens ita BE fecerit in H, ut BH sit media proportionalis inter BD, BE, quamcumque aliam lineam parallelam BE secabit eodem pacto in K, ut sit CK media proportionalis inter CF, CG; & si recta quadam ita dividit BE, CG, ea per contactum transibit. De iis haec tenus proprietatibus egimus, quibus maximus Newtonus usus est, ut plurima solveret problemata ad delcriptionem linearum secundi ordinis pertinentia. Ex hisce alijs proprietates erui possent; veniam quum tribus superioribus capitibus plura de iis dicta sint, ubi de tribus earum speciebus agebamus, ea sufficere existimamus.

C A P U T Q U I N T U M.

De descriptione linearum secundi gradus.

1. **A**D describendas lineas secundi ordinis veteres geometrice conum, aut cylindrum piano secerunt. De sectione cylindri tractavit Serenus philosophus atheniensis; de sectione coni, quantum ante Appollonium Pergæum, non nemo loquorius fuit, tamen Appollonius ita theorem hanc perfecit, ut illi nunc referenda esse videatur. Exordiamur a sectione cylindri, & examinemus, quænam linea secundi gradus ab hac sectione oriuntur. Positis circuitis duobus APB, MQN (Fig. 1.) æqualibus, & parallelis, quorum centra jungat linea CD, agantur ad eamdem piagam radii CB, DN, qui in eodem piano exstant cum linea CD. Jungatur BN, quæ ita moveatur, ut puncta B, N eodem tempore arcus æquales percurrent BP, NQ; solidum, quod comprehenditur inter circuitos parallelos, & superficiem genitam a motu linea BN, vocatur cylinder, circuli AB, MN bases cylindri, recta CD cylinder axis, recta DX, quæ a centro D ducitur normalis in planum circuiti APB, dicitur altitudo cylindri. Si DX coincidat cum DC, cylinder vocatur rectus, si non coincidat, obliquus, seu scalenus. Ex hac cylindri genesi facile colliges, planum secans cylindrum per axem, aut per quolibet axi parallelam exhibere in superficie cylindrica duas lineas rectas parallelas, similiiter planum parallelum basibus præbere circumflexum iisdem basibus æqualem.

2. Secetur jam cylinder plano K R H, (Fig. 2.) quod nec sit parallelum basibus, neque transeat per axem, aut ejus parallelam. Communis sectio hujus plani secantis, & plani basis AB sit recta L. Ducatur illa basies diameter AB, quæ producta si opus est, incidat in L ad angulos rectos. Per AB, & per axem cylindri transeat planum AMNB, cujus extrema lineæ AM, BN signent in piano secante, & in superficie cylindrica puncta K, H. Juncta KH, sumptisque in illa quolibet punto Z, in piano AMNB ducatur per ZQP parallela AB, & æqualis. Per hanc rectam QP transeat planum QRP parallelum basi,

basi, quod, ut dictum est, præbebit circulum. Recta vero RZ communis sectio planorum KRH, QR P erit perpendicularis QP, quia L est perpendicularis AB. Divisa KH æqualiter in G, voco GH = b, GZ = x, ZR = y, erit KZ = b - x, HZ = b + x, demum voco QP = zc. Ex similitudine triangulorum KZQ, HZP resultant duæ analogieæ ab:zc::b-x:QZ
b:zc::b+x:PZ; ergo componendo rationes

$$b^2:c^2::bb-xx:QZ.PZ; atqni ex proprietate circuli QZ.PZ=RZ^2=yy;$$

Ergo $b^2:c^2::b^2-x^2:y^2$, quæ est æquatio ad ellipsum, cujus centrum G initium est abscissatum, axes vero conjugati sunt, major KH = ab, minor = ac feliciter diameter basi. Sectio igitur plani, & cylindri curvam nullam exhibet aliam præter ellipsum.

3. Si æquales essent anguli QPH, KHP, fieret KH = QP seu $b = c$, & æquatio inventa in hanc mutaretur $bb-xx=yy$, quæ est æquatio ad circulum æqualem basi cylindri. Sectio hæc locum habet dumtaxat in cono scaleno, quia in recto quum QP sit normalis recte A M, BN, fieri nequit, ut angulus KHP = angulum rectum QPH. Vocatur autem hæc sectio subcontraria, quia, quem angulum facit QP cum BN, eundem facit HK cum AM. Quamquam in hac sectione planum non sit parallelum basi, tamen communis sectio plani, & cylindri est circulus æqualis circulo basis.

4. Ex his facile cognoscitur, quomodo per sectionem cylindri describatur ellipsis data, cujus axis major = ab, minor = ac. Descripto enim circulo AB, cujus diameter AB = ac, eleva supra illum cylindrum rectum (sumo rectum, ne facilitati serviam, cæterum eadem valent etiam in scaleno) conceptaque plano quolibet per axem transiente AMNB, inter parallelas AM, BN accommoda KH = ab. Per KH transiens planum, quod sit normale piano AMNB, ita fecabit cylindram, ut sectio KRH sit ellipsis quæstæ.

5. Ad conum transeo. Si ex punto B (Fig. 3, 4) posito extra planum circuli AC ducatur ad circumferentiam indefinitam BA, quæ statuto immobili punto B in gyrum moveatur circa circuli peripheriam, superficies genita à linea AB dicitur superficies conica, solidum clavulum ab hac superficie, & circulo AC dicitur conus, punctum B vertex, circulus AC basis, linea , quæ conjugit basis centrum, & verticem, axis, demum normalis a vertice ducta in basim dicitur altitudo coni, que si coincidat cum axe, conus erit rectus; si non coincidat, erit scalenus, aut obliquus. Superfluum judico demonstrare communem sectionem superficie conica & plani ABC transientis per verticem B esse duas lineas rectas BA, BC; item communem sectionem ejusdem superficie, & plani paralleli basi DNF esse circumferentiam circuli.

6. Seceatur conus ABC a piano MN, quod nec transeat per verticem, nec sit parallelum basi. Ducatur in basi diameter AC, quæ sit perpendicularis communi sectioni plani secantis, & basis, & per A C agatur planum ABC transiens per verticem B, & MN sit sectio communis hujus plani, & plani secantis. Ex puncto M, m parallela AC ducantur MR, mr, sumptique in MN quocumque punto N, per hoc agatur planum DN parallelum basi. Linea DN erit peripheria circuli, ejus diametro DF erit perpendicularis NX communis sectio planorum MN DNF. Vocetur $Mm = s$, $MR = b$, $mr = c$, $NX = y$, $MX = x$; quare in fig. 3. $mX = s + x$, in 4. $mX = s - x$. Ut utramque

com-




Fig. 3.





Fig. 5.



plexar vocem $X = a \pm x$, signum superius pertinet ad tertiam figuram, inferius ad quartam. Manifestum est, valere has analogias

$$\frac{a}{a} : b :: a \pm x : X.F \\ \frac{a}{a} : c :: x : DX ; \text{ ergo componendo rationes}$$

$a : b :: a \pm x : DX.F$; sed $DX.XF = XN^2 = y^2$ ex natura circuli; litur $a : a : b :: a \pm x : y$. Si valeat signum superius, equatio est ad hyperbolam, cujus axis primus $= a$, secundus $= \sqrt{bc}$; si valeat signum inferius, est ad ellipsem, cujus axis unus $= a$, alter $= \sqrt{bc}$. In utraque initium abscissarum est in vertice axis. Itaque si planum fecerit conos oppolios, generatur hyperbola; si unus tantum conus fecetur, generatur ellipsis.

7. In hoc secundo casu, quem Mm fecat latera BA, BC (Fig. 4.) in punctis M, m ad eandem partem verticis B , si angulus BmM sit $= BDF$, quæ sectio dicuntur subcontraria, similia crant triangula MXD, FXm ; Ergo $XM : XD :: XF : mX$; ergo rect. $MX.mX = DX.FX$; sed $DX.FX =$

NX^2 ; Ergo $MX.mX = \overline{NX}^2$, quæ est proprietas circuli, cujus sequentia $\pm x = yy$. Itaque perspicuum est in hac sectione $b = aa$, seu $MR.mr = \overline{Mm}^2$.

Hæc sectio licet non parallela basi, per quam circulus generatur, locum non habet in cono recto, sed solum in scaleno.

8. Si punctum m in infinitum recederet a B , & Mm fieret parallela Bm , tunc rectangle $Xm.MX$ æquarer rectangle $Mm.MX$, id est $\pm x = aa$; igitur æquatio inventa $\frac{b.c}{a^2} \cdot \pm x = yy$ in hac muteretur $\frac{b.c}{a}$.

$\pm x = yy$, quæ est ad parabolam, cujus parameter $= \frac{b.c}{a} = \frac{MR.mr}{Mm}$. In hac parametri expressione duo existunt lineæ infinitæ, quæ tamen proportionem habent finitam, quæ proportio lineis finitis exprimenda, ut infinita ejiciantur. Puncto m in infinitum recedente $Mm = Bm$; sed $Bm : mr :: BR : RM$; ergo

$Mm : mr :: BR : RM$; ergo $\frac{mr}{Mm} = \frac{RM}{BR}$; ergo parameter parabolæ $= \frac{\overline{MR}}{\overline{BR}}$.

Itaque per sectionem plani, & coni omnes lineæ secundi ordinis obtinentur, quæ proinde sectionum conicarum nomen fortius sunt.

9. Dicendum nunc est, quomodo linea data secundi ordinis sit (Fig. 3.) per sectionem coni delineanda. Sit primum describenda hyperbola, cujus axis primus $= a$, secundus $= b$. Pon $Mm = a$, & ex punctis M, m ad eamdem pariem lineæ Mm , due ejusmodi parallellas MR, Mr , quarum rectangle $= bb$. Junge Rm, Mr sece necessario intersecantes in B . Formetur conus habens verticem B , cujus basi sit circulus descriptus diametro MR . Conus hic seceretur per planum transiens per Mm ita, ut communis ejus sectio cum piano basis sit normalis diametro MR , lineæ $MN, m n$ in superficie conica fingantæ eruant hyperbolæ præditæ axibus conjugatis a, b . Similis methodus tenenda est in ellipsi, cujus axis major $= a$, minor $= b$ (Fig. 4.); & hoc tantum observandum discrimen, quod lineæ MR, Mr ducentæ sunt ad contrarias plagis respectu Mm . Reliqua ut supra peragenda (Fig. 3, 4). In hac descriptione possunt accipi lineæ MR, Mr æquales inter se & fingulæ æquales axi b . Quod si sit, obtinetur in fig. 3 conus, qui ut antea seclusus dat hyperbolam, cujus axis sequuntur Mm, MR ;

MR; id fig. 4 conus convertitur in cylindrum, & ex obtinetur descriptio ellypis, de qua supra loquuti sumus.

10. Hac hyperbole, & ellypis descriptio plerumque nos ducit ad conum scalenum. Quod si quis conum rectum exoptaret, ita constituentia essent parallelae MR, mr, ut junctæ Rm, Mr æquales sint inter se. Problema hoc non est difficile, quum data supponantur MR, mr. En paucis solutionem. Pro casu hyperbole, in quo MR, mr (Fig. 5.) debent ad eamdem partem jacere, super Mm describe semicirculum, applica MP æqualem semidifferentiæ inter MR, mr, quam produc, donec sit data MR, cui sit parallela mr. Pro casu ellypis descriptio semicirculo super Mm (Fig. 6.) applica mP, quæ sit æqualis majori mr, dempta semidifferentia inter mr, MR; produc mP in r, donec habeatur data mr, cui sit parallela data MR. Cetera s. peraguntur ut supra, ellypis, & hyperbole obtinebuntur per sectionem coni recti. Omitto faciem, & cuique obviam demonstrationem.

11. Nihil est facilius, quam delineare parabolam per coni sectionem. Nam duc quantibet MR, (Fig. 3, 4) cum qua faciat angulum rectum RB tertiam proportionalis post parametrum, & RM, junge BM. Formetur conus, cùs vertex sit B, basis circulus diametri RM; conum fecer planum ita, ut communis secatio cum triangulo BRM sit parallela BR, & transeat per punctum M ceteris conditionibus ut antea servatis, curva genita in superficie coni erit parabola dati parametri. Si velis MR æqualem esse parametru, huic eidem pondenda si æqualis RB. Ut autem obtineas conum rectum, divide RM in O bitarium, & eidem RM intellige erectam ex O perpendicularem. Accommoda inter punctum R, & RM, & conus formatum vertice B, super basi, cùs diameter sit RM, rectus erit. Si RM æquat parametrum, triangulum R BM erit æquilaterum.

12. Si quis peteret, ut per sectionem coni dati data curva describeretur, non semper hoc præstari posse, responderem: quando autem id possit, ostendendum est. Ac primum de hyperbole, atque ellypsi, cùs axis primus = a, secundus = b (Fig. 3, 4, 7). Conus datus sit ABC. Super Mm = a describatur circuli segmentum MV in capiens coni angulum MBm, qui in hyperbole est externus cono, in ellypsi internus: diameter circuli normalis Mm sit YV. Fiat $\frac{B.A.B.C.b^2}{A.C^2} = Q\bar{B}$, quæ in segmento MVm applicetur normalis YV.

Iter ad Mm, ut signet in circumferentia punctum B. Jungatur BM, cùs se-
cetur æqualis BM; tum centro M intervallo Mm = a signetur punctum m, quod pro hyperbole sit in cono opposito, pro ellypsi in eodem. Si per Mm agatur planum, cùs secatio cum piano basis sit normalis AC, linea MN in-
superficie conica signata illa ipsa est, quæ quadratur. Nam ex punto B percen-
trum Z ducatur diameter BH, junganturque Hm, mB. Duo triangula HmB,
BMQ præter angulos rectos habentia angulos æquales in H, M sunt similia;
igitur H B, seu YV: Bm : : BM: BQ; ergo YV.BQ = Bm.BM; er-
go

$$\text{go } Bm \cdot BM = \frac{BA \cdot BC}{AC^2} \cdot b^2, \text{ five}$$

$$bb = \frac{AC^2 \cdot Bm \cdot BM}{BA \cdot BC}, \text{ & quum } BM = BM, Bm = Bm \text{ erit}$$

$bb = \frac{AC^2 \cdot Bm \cdot BM}{AB \cdot BC}$. Atqui habemus $mr : Bm :: AC : CB$, ergo componendo rationes proveniet $MR \cdot mr : Bm \cdot BM :: AC^2 : AB \cdot BC$, igitur

$$MR \cdot mr = \frac{AC^2 \cdot Bm \cdot BM}{AB \cdot BC} = bb: \text{ igitur axes sectionis delineatæ sunt } a, b$$

Q. E. F.

13. Si recta BQ inveniatur minor, aut ad summum æqualis PV , quum BQ possit in segmento applicari, constructio locum habebit, & per datum conum data hyperbola, vel ellipsis describetur. At si BQ inveniatur major PV , neque constructio perficietur, neque hyperbola aut ellipsis per datum conum delineabitur. Ut BQ sit $> PV$, debet $\frac{BA \cdot BC \cdot bb}{AC^2} > PV$, seu $\frac{BA \cdot BC \cdot bb}{AC^2} > YV \cdot PV = YM^2$

ergo extracta radice $\frac{b\sqrt{BA \cdot BC}}{AC} > VM$, & facta divisione per a , $\frac{b}{a} \cdot \frac{\sqrt{BA \cdot BC}}{AC} > \frac{VM}{a}$; atqui vocato angulo, qui continetur in segmento $MVm = z$, & angulo recto $= w$, est $MVm = a : VM :: Sc : z$, &

$$Sc \frac{z w - z^2}{z} = Cc \cdot \mu: \text{ ergo } \frac{VM}{a} = \frac{Cc \cdot \mu}{Sc \cdot z} = \frac{r \cdot Cc \cdot \mu}{z \cdot Sc \cdot \mu \cdot Cc \cdot \mu} = \frac{r}{z \cdot Sc \cdot \mu}; \text{ ergo si}$$

fit $\frac{b}{a} \cdot \frac{\sqrt{BA \cdot BC}}{AC} > \frac{r}{z \cdot Sc \cdot \mu}$, impossibile est curvam datam describere per datum conum, si autem sit $<$, aut æqualis, descriptio obtinebitur. Si conus fuerit rectus, palam est $BA = BC$; ergo si $\frac{b}{a} \cdot \frac{BA}{AC} > \frac{r}{z \cdot Sc \cdot \mu}$ constructio non perficietur, secus votū compotes fieri. In ellipsi quum angulus segmenti $MVm = z = CBA$, (Fig. 4, 7) erit $BA : \frac{r}{z} AC :: r : Sc \cdot \mu$, erit $\frac{BA}{AC} = \frac{r}{z \cdot Sc \cdot \mu}$; ergo solum descriptio fiet impossibilis, quum $\frac{b}{a} \cdot \frac{r}{z \cdot Sc \cdot \mu} > \frac{r}{z \cdot Sc \cdot \mu}$,

five quum $b > a$; quod semper evitare licet, possumus enim posere data ellipsis axem majorem $= a$; ergo licebit semper per datum conum rectum ellipsem datam delineare. (Fig. 3, 7) Non ita accidit in hyperbola, in qua angulus legemant MVm non est æqualis angulo ABC , sed ejus complemento ad duos rectos;

rectos; ergo $BA : \frac{1}{2} AC :: r : Sc.\mu - p = Cc.\mu$; ergo $\frac{BA}{AC} = \frac{r}{2.Cc.\mu}$; hinc
gitur impossibilis est construatio, quum $\frac{b}{a} \cdot \frac{r}{2.Cc.\mu} > \frac{r}{2.Sc.\mu}$; seu quum
 $b > \frac{a.Cc.\mu}{Sc.\mu}$; in reliquis vero casibus data hyperbola per datum conum rectum
describitur.

14. Quod spectat ad parabolam datam, illa quocumque dato cono facile delinquitur. (Fig. 3, 4) Triangulum transiens per axis cons., & diametrum basis fit BAC. Sit vertex parabolæ M, qui inquiritur, & parallelam AC duc M R, quam voco = z. Habemus $AC : BC :: z : BR = \frac{BC.z}{AC}$; ergo ex dictis para-

meter parabolæ, quam voco = s, erit $= \frac{AC.z}{BC}$; ergo $z = \frac{s \cdot BC}{AC}$. Inter latera
BC, BA applica MR, quæ sit quarta proporzionalis post AC, BC, &
parametrum datam, & per punctum M duc planum, cujus sectio communis cum
basis sit normalis CA, cuiusque secio cum triangulo BAC sit parallela BC, se-
ctio plani, & superficie conicæ erit parabola data. Ex his palam fit, non posse
nos per datum conum obtinere lineas omnes secundi gradus, sed solammodo omnes
parabolæ, & adhibita cautione, de qua diximus numero superiori, omnes
elypes; verum hyperbolæ omnes per unum determinatum conum obtineri
non possunt.

15. Tamecum per sectionem coni omnes lineas secundi ordinis possimus delin-
care, tamen geometræ præsertim recentiores in id assimum intenderunt, ut eas-
dem lineas describerent per semitam puncti, quod ope instrumenti movetur op-
portunitis quibusdam conditionibus conservatis. Nos hic eos modos feligimus, qui
faciliores sunt, & præi maxime accommodati. Primum modum delineandi pa-
rabolam describemus. Repræsentet recta DB (Fig. 8.) regulam immobilem,
cui ad angulos rectos infistar alia regula CE ita mobilis, ut ubique in mo-
stum retineat parallelum. Fili FMC, cujus longitudine æquat CE, extremitas u-
bi firmetur in puncto immobili F, altera alligetur regula mobilis in puncto C.
Ex F in DB duc normalē FR. In eum fitm transferatur EC, ut transeat
per punctum F. Filum filo distendatur, qui in prima positione dividet rectam
FR bisectionem in A; nam punctum C in hac positione quum incidat in K,
 $KA + AF$ præparatione = KR; ergo ablatâ communâ KA remanebit $A = R$.
Moveatur jam regula OE, & stili partem filii MC retinente adjunctam regu-
læ describat curvam AM, sjo, banc fore parabolam, cujus vertex A, & cujus
parameter = $2FR = 4AF$. Ex quoniam M ad angulos rectos ordina MP, quam
voca = y, AP = x, AF = AR = b. Quum $MC + MF = CE$, dempta parte
MC, remanebit $MF = ME = RP$; atqui $RP = b + x$, $FP = x - b$, &
 $FM = \sqrt{x^2 - 2bx + b^2 + yy}$; ergo $b + x = \sqrt{x^2 - 2bx + b^2 + yy}$, seu
 $b + 2bx + xx = xx - 2bx + b^2 + yy$, seu $4bx = yy$, quæ est ad parabolam
verticis A, & parametri = $4b$. Igitur ut hac methodo delineetur parabola, ni-
hil faciemus est aliud, nisi ut lecentur A F, AR singulæ æquales quartæ par-
ti parametri, & reliqua ut antea peragantur.

16. Punctum F, ubi extremitas filii firmata est, dicitur focus, seu umbili-
cus parabolæ, qui a vertice A distat per quartam partem parametri. Recta DB
di-

distantia pariter a vertice per parametri partem quartam, dicitur directrix. Itaque proprietas parabolæ hæc est, ut recta FM, quæ a quolibet punto curva M ducitur ad focum F, sit æqualis ME, quæ ab eodem punto M ducitur normalis in directricem. Agatur tangens MQ, & producatur in S, quæ ut demonstratum est, absindit AP=AQ; ergo habebimus QF=RP=ME=MF; igitur quam triangulum QFM sit isoscelis, angulus FMQ=FQM; sed FQM=CMS; ergo FMQ=CMS, quæ est elegans proprietas tangentis parabolam.

17. Ellipsis describitur hoc modo. Firmantur duæ filii extremitates in duobus punctis immobileibus F, f (Fig. 9.); tum filius M retinens distensum filum in gyrum agatur, curva AMA ab ipso descripta erit ellipsis. Ex quolibet punto M in Ff demittatur normalis MP=y, longitudine filii vocetur =aa, divisa Ff bifariam in C, vocetur CF=b, CP=x: ergo FP=b-x, IP=b+x. Differentia inter MF, MF vocetur =az, ergo MF=a-z, MF=a+z. Ex angulo recto habemus $M^2 = FP^2 + MP^2$, $MF^2 = IP^2 + MP^2$; $aa - az + zz = bb - 2bx + xx + yy$) ergo dempta prima æquatione ex $aa + az + zz = bl + 2bx + xx + yy$) secunda
 $+az = 4bx$, sive $z = \frac{4bx}{a}$, qui valor in primam æquationem introductus præbebit

$$aa - 2bx + \frac{4bx^2}{aa} = bb - 2bx + xx + yy, \text{ sive}$$

$$aa - bb - xx \cdot \frac{aa - bb}{aa} = yy, \text{ sive}$$

$aa - xx : yy :: aa - bb$, quæ est æquatio ad ellipsem, cuius semiaxis major =a, semiaxis minor = $\sqrt{aa - bb}$. Quapropter axis major est æqualis longitudini filii. Semiaxis minor sit CB, agatur FB, constat hanc esse æqualem dimidio longitudinis filii; ergo $CB = \sqrt{aa - bb}$, ut ex ipsa æquatione colligitur. Facillimum igitur est, ellipsem delineare, cuius dati sint axi. Summe hūmæ æquale axi majori Aa, quem interseca per axem minorem Bb, ut punctum C utrumque dividat bifariam; inter angulos rectos ACB, a CB applica dimidium longitudinis filii in BF, Bf, puncta F, f illa ipsa erunt, in quibus extremitates filii sunt alligandæ.

18. Hæc puncta F, f vocantur foci, seu umbilici ellipsoes. Quapropter si a focus ad quodlibet ellipsis punctum ducantur duæ FM, fM, harum summa æquabit axem majorem Aa. Si accipiatur CR tertia proportionalis post CF, CA, ut $CR = \frac{aa}{b}$, & per punctum R agatur SR primo axi normalis; idemque fiat ad alteram partem, ut inveniatur sr, istæ lineæ SR, sr dicuntur directrices, & referuntur ad focum sibi propiorem. Jam vero si ex quolibet punto M curva ducantur MS normalis directrici, & MF ad suum focus, ajo fore MS:

$MF : : a : b$. Nam quoniam $CR = \frac{aa}{b}$, erit $RP = MS = \frac{a^2 - bx}{b}$; sed

$$MF = \sqrt{b-x^2 + y^2} = \sqrt{b-x^2 + \frac{a^2 - bb \cdot aa - xx}{aa}}$$

X

=

$$= \frac{1}{a} \sqrt{\begin{vmatrix} a^2 b^2 - 2a^2 b x + a^2 x^2 \\ a^4 & - a^2 x^2 \\ -a^2 b^2 & + b^2 x^2 \end{vmatrix}} = \frac{1}{a} \sqrt{a^4 - 2a^2 b x + b^2 x^2} = \frac{a^2 - b x}{a}.$$

Ergo $MS:MF::\frac{a^2 - bx}{b}:\frac{a^2 - bx}{a}::a:b::AC:FC$. Itaque puncto M cadente in A habebimus AR:AF::AC:CF. Si b , hoc est $FC=0$, que hypothesis convertit ellipsis in circulum, fiet CR infinitz. Circulus igitur est ellipsis, in qua foci coincidunt cum centro, directrices posita sunt in infinita distantia. Si foret $b=a$, seu $FC=AC$, ut focus sit in vertice, nullescit secundus axis, nempe CB=0; ergo ellipsis convertitur in lineam rectam directrici normalem. Si agatur tangens qMT, sjo angulum TMF=qMF. Ex duabus proportionibus CF:CA::CA:CR, CP:CA::CA:CT provenit tercia CF:CT::CP:CR, & dividendo CF:CT-CF=TF::Tf:CP:PR, & duplicando antecedentes FF:FT::2CP:PR; atqui 2CP=CR+CP=PR=rP-PR; ergo FF:FT::rP-PR:PR, & componendo FT:FT::Pr:PR; sed ductis in tangentem normalibus FQ, fq est FT:FT::fq:FQ; ergo fq:FQ::Pr:PR seu ::Ms:MS; atqui Ms:MS::MF:MF; ergo fq:FQ::Mf:MF; igitur triangula rectangula Mfq, MFQ sunt similis, adeoque angulus qMF=QMF, per quam proprietatem novus modus se se nobis offert ducendi tangentem ellipsis.

19. Simili protus modo delineatur hyperbola. In plani immobiliis punto f ita firmetur extremitas regula FMX, (Fig. 10.) ut circa punctum f libere regula rotari possit. In altero ejusdem plani punto F alligetur filum, cuius altera extremitas alligetur regula punto X: longitudo vero fili sit minor regula f X ita, ut differentia sit minor FF. Ponatur regula super FF, & filum distendatur stilo qui cadet in A. Interim dum regula convertitur circa f, stilus retinens applicatam regula partem fili, illudque distendens describer hyperbolam AM. Ex puncto M duc in fF perpendicularem MP, divide fF bifariam in C, & Aa, que pariter sit bifariam divisa in C, sit differentia regula, & fili. Voca CA=a, CF=b, CP=x, PM=y, summa rectarum Mf+MF=2z, erit $MF=z-a$, $Mf=z+a$. Triangula FMP, fMP præbent æqualitates duas

$$MF^2 = MP^2 + PF^2 \quad aa - 2az + z^2 = yy + bb - 2bx + xx$$

$$Mf^2 = MP^2 + Pf^2 \quad aa + 2az + z^2 = yy + bb + 2bx + xx$$

Detrahatur prima ab altera, & fiet $4az = 4bx$, vel $z = \frac{bx}{a}$. Hic valor in pri-

ma æquatione collocetur, ut nascatur $aa - 2bx + \frac{b^2 x^2}{a^2} = yy + bb - 2bx + xx$, seu reducta æquatione $xx - aa:yy::aa:b^2 - a^2$: que est æquatio ad

hyperbolam, cujus semiaxis primus = CA=a, secundus = $\sqrt{bb - aa}$. Quapropter habes methodum describendi hyperbolam datam. Sit axis primus AA, quem divide bifariam in C, ex A normalem CA duc AB dimidio secundi axis æqualem, junge CB, cui fac æquales CF, Cf. In f pone regulam ut fu-

pra. accipe filum, quod sit minus longitudine regulæ FX differentia A a, extremitatibus fili firmatis in F, X per motum jam expositum hyperbola data delineabitur.

20. Puncta F, f dicuntur foci, seu umbilici hyperbo'z. Si ex quolibet punto curvæ M ad focos agantur linea MF, MF, harum differentia erit constans & æqualis primo axi. Si accipiantur CR, Cr, quarum singulæ $= \frac{a^2}{b}$, hoc est sine tertie proportionales post CF, CA, & axi A a normales agantur rectæ RS, rs, istæ dicuntur directrices, & illum habent focus, qui sibi est propior. Si ex quolibet punto M normalis directrici RS sit MS, & ad suum focus F agatur MF, ajo fore MS:MF::a:b. Etenim quando $CR = \frac{a^2}{b}$, erit RP

$$= MS = \frac{bx - aa}{b}; \text{ atqui } MF = \sqrt{x^2 - b^2 + yy} = \sqrt{x^2 - b^2 + \frac{bb - ca \cdot xx - aa}{a^2}}$$

$$= \frac{1}{a} \sqrt{\frac{a^2 x^2 - 2abx + a^2 b^2}{a^2} - \frac{a^2 b^2}{a^2}} = \frac{1}{a} \sqrt{b^2 x^2 - 2bx + a^2} = \frac{bx - aa}{a};$$

Ergo $MS:MF:: \frac{bx - aa}{b} : \frac{bx - aa}{a} :: a:b :: AC:FC$. Si $CA = a = o$, tunc puncta A, R cadent in centro C, & hyperbolæ simili cum directricibus confundentur cum linea recta, quæ a centro C ducitur normalis FF. Si $b = a$, hoc est coeant foci cum verticib; secundus axis provenit = o; quare hyperbolæ coincident cum axe ex utraque parte producto. Duc tangentem MQq, ajo angulum fMq = FMQ. Tangens fecet axem primum in T. Quoniam. CF:CA::CA:CR, item CP:CA::CA:CT, erit CF:CT::CP:CR & dividendo $CF:CF - CT = TF:CP:PR$, & duplicans antecedentibus $TF:TF::2CP:PR$; atqui $2CP = CR + CP + PR = rP + RP$; ergo $fF:Tf::rP+RP:rP$, & dividendo $fT:FT::rP:RP$; sed ductis in tangentem normalibus FQ, fq est $fT:FT::fq:FQ$; ergo $fq:FQ::rP:RP$, sive $Ms:MS$; atqui $Ms:MS::Mf:MF$; ergo $Mt:MF::fq:FQ$. Triangula itaque rectangularia fMq, FMQ sunt similia; ergo angulus qMf = QMF.

21. In præparatione instrumenti posui, filum minorum regulæ FX. Quod si filum majus regula acciperetur ita, ut differentia = 2a, filius filum distendens motu suo delinearet hyperbolam oppositam a m. Demonstrationem, quæ eadem est prorsus, lectorum industrias relinquo. Si differentia inter regulam, & filium nulla esset, existente $2a = o$, puncta A, a caderent in punto medio C: in hoc casu filius, qui filum distenderet, iter faceret per lineam rectam perpendiculararem FF.

22. Quamquam methodus hæc describendi tres sectiones conicas genuina est, & sepe ad præsum perdidi potest: tamen nonnihil deficiet, si exæstima desideretur curvarum descriptio. Nam si instrumentis aptentur filia, quum modo majorem, modo minorem patiantur distractiōem a filio distractiōe, non candeñ nbiique longitudinem conservabunt, adeoque exacte sectio conica non delineabitur. Si filis substituamus catenulas, vitabimus quidem distractiōis periculum,

cum, sed non describemus curvam, sed polygonum multorum laterum licet exiguorum, quod erit polygonum curvæ describendæ inscriptum. Illud instrumentum ceteris erit anterendum, quod conflat firmis solidisque regulis, quæ mouentur; hoc enim adnotatis incommodis non laborabit. Quod pertinet ad hyperbolam, nullum, quantum mihi constat, suppetit instrumentum rigidis virgis compositum, quod quidem simplex sit, & praxi accommodatum. Duo autem ellipsis describenda suppetunt fundata in duabus hujus curvæ proprietatibus, quæ modo sunt demonstrandæ; post, unum addemus idoneum parabolæ delineandum.

23. Si inter rectas lineas A Ca, B Cb (Fig. 11.) facientes angulum retum concipiatur moveri data linea ST: ajo quolibet ejus punctum M describere ellipsim. Agatur MP parallela CB, & vocetur SM = a , TM = b , CP = x , PM = y . Quoniam valet proportio

SM:PC::TM:PT sive

$$a : x :: b : PT = \frac{b}{a}x; \text{ igitur propter rectangula triangula quum sit } TM^2 = PT^2 + PM^2 \text{ habebimus aequationem}$$

$$b^2 = \frac{b^2 x^2}{a^2} + y^2, \text{ sive } a^2 - x^2 : y^2 :: x^2 : b^2, \text{ quæ est ad ellipsim, cujus se-}$$

miam axis unus est CA = SM = a , alter est CB = TM = b . Si punctum describens M cadat inter puncta S, T, ut in N, vocata SN = a , NT = b , nihil mutatur æquatio. Quod si N dividat ST bisariam, quum in hoc casu $x = b$, curva delicta erit circulus. In hac proprietate innititur instrumentum ellipsis describendæ idoneum, quod circinus ellipsis solet appellari. Duobus modis data ellipsis per hoc delineatur. Primo modo capienda est ST = $a - b$, SM = a (a, b sunt semiaxes dati), quare TM = b , & punctum describens erit M. Secundo modo capienda est ST = $a + b$, SN = a , ut TN = b , & punctum describens erit N.

24. Ad secundam methodum venio. Sit linea CL (Fig. 12.) mobilis circa punctum C, & circè punctum L in CL positum mobilis sit alia linea LT M. Abscissa LT = CL; tum punctum T jubeatur moveri in data recta CA transiente per punctum C: ajo, linea LT M quolibet punctum M describentrum ellipsis. Integra linea CLM vocetur = a , TM = b ; ergo CL + LT = $a - b$, & LT = CL = $\frac{a-b}{2}$. Ex punctis M, L ducantur MP, LO nor-

males in CT; patens est CT fore divisam bisariam in puncto O. Vocetur CP = x , PM = y ; ergo TP = $\sqrt{b^2 - yy}$, & CT = $x - \sqrt{b^2 - yy}$, &

$$CO = TO = \frac{x - \sqrt{b^2 - yy}}{2}; \text{ atque est } LT : TM :: TO : TP; \text{ ergo } \frac{a-b}{2} :$$

$$b :: \frac{x - \sqrt{b^2 - yy}}{2} : \sqrt{b^2 - yy}, \text{ sive duplicando antecedentes, & componendo}$$

$a : b :: x : \sqrt{b^2 - yy}$, & quadrando $a^2 : b^2 :: x^2 : b^2 - y^2$, quæ est ad ellipsim, & ejus semiaxis major CA = a , minor CB = b . Si punctum describens cadet inter puncta L, T ut in N, curva delicta esset similiter ellipsis, cuius primus semiaxis foret = CL + LN, secundus = TN. Si punctum describens esset L, curva delicta evaderet circulus. Si punctum describens situm esset post

pun-

puncta T , L ut in H ; vel $LH = CL$, & tunc describitur linea recta normalis CA ; vel $LH < CL$, & describitur ellipsis, cuius semiaxis minor $CQ = CL - LH$, & major $= CL + LH$; vel $LH > CL$, & ellipsis descripta habet semiaxem secundum $CR = LH - CL$, & prius $= CL + LH$. Hac omnia eadem methodo demonstrantur. Itaque si per instrumentum ex hac lege constructum data sit describenda ellipsis, cuius semiaxis primus $= a$, secundus $= b$, accipiatur omnis longitudine $CLM = a$, $TM = b$, & fieri $CL = LT = \frac{a-b}{2}$; aut accipiatur $CL = LT = \frac{a+b}{2}$, $CL + LN = a$, ut $NT = b$: aut sumatur $CL = LT = \frac{a+b}{2}$, $LH = \frac{a-b}{2}$; aut tandem $LH = \frac{a+b}{2}$, $CL = LT = \frac{a-b}{2}$; atque in omnibus hisce casibus data ellipsis delineabitur. Quæ quum ita sint, perspicuum est ellipsum per instrumenta ex regulis solidis concocta, tutissime delineari.

25. Ad parabolam delineandam construi poterit aliud instrumentum, cuius fundamentum pueris aperiat. Linea CD (Fig. 13) perpendicularis datæ AB ita accommodetur, ut libere moveri possit motu sibi ipsi parallelo. Recta MN parallela sit datæ AB . In dato puncto A constitutur norma KAL mobilis circa punctum A . Ita moveatur norma, ut concursus linearum AL , CD semper permaneat in linea MN : atque concursum linearum AK , CD descripturum parabolam AFI , qua in A tangetur a linea AB . Nam propter angulum regum FAH erit $GH:AG::AG:GF$; ergo $GH.GF = AG^2$. Quomodo GH sit constans, fiat $= a$, $AG = x$, $GF = y$, igitur $ay = x^2$, quæ est aequatio parabolæ, cuius parameter $= a$, & cuius abscissa $= x$ sumenda sunt in tangentie. Atque haec sufficiant de descriptione linearum secundi gradus.

C A P U T S E X T U M.

De locis geometricis secundi gradus.

I. Locus geometricus æquationis indeterminatæ continentis variabiles duas x , y est linea vel recta, vel curva, cuius coordinatarum proportio ab illius æquatione exprimitur. Locus geometricus æquationum primi gradus est linea recta; loci vero geometrici æquationum secundi gradus sunt sectiones conicæ. Theoria locorum secundi gradus certam ostendere debet methodum, qua cognoscamus, ad quamnam sectionem conicam secundi gradus æquatio pertineat, legesque tradere, quibus coordinatas æquationi respondentes assignemus. Plures excogitatæ fuerunt methodi ab analytis, ut id allequerentur, quas inter merentur laudem & ea, quam Craigius proposuit, & Marchio Hospitalius ornavit, & ea, quam Tom. I. Ac. Pet. dedit Hermannus, quamque Vincentius Riccatus Tom. I. Opus. in epistola ad Fantonum, suppletis quibusdam casibus difficilioribus ab Hermanno omissis, perficit. Nos tamen, quamquam has ingeniosas, & utiles esse non inficiamur, eam hic amplectemur methodum, cuius auctor fuit Cl. Wit, non ideo tantum, quia hanc plerique sequuntur, sed quia me-

methodia est simillior, quibus haec tenus usi sumos'. Hujus autem methodi vis omnis sita est, ut, opportunis adhibitis substitutionibus, æquatio proposita ad aliquam e simplicioribus sectionum conicarum æquationibus perducatur; dicinde ut, curva delcripta, & substitutionibus rite consideratis, abscissæ, & ordinatæ determinentur, quæ propositæ æquationi satisfaciunt.

2. Primo igitur. simplicissimas cujunque sectionis æquationes inspicere oportet, atque alte animo infigere. Si de Parabola sermo sit, ejus æquatio est $xx = yy$, in qua x est parameter, y ordinata, x abscissa in diametro accepta, quarum origo est in curva; quod si abscissæ in tangentie accipiatur, æquatio erit $ay = xx$. Si proponantur æquationes $-ax = y$, $-ay = xx$, considerat eas esse ad eamdem parabolam, & id haberi tantum dilucidius, quod curva præmæ æquationis ad partem negativarum abscissarum erit describenda, secundæ vero abscissæ quæcumque vel positiva, vel negativa ordinatam habet negativam. Quoad ellipsem, positæ semidiametris b , c , si abscissæ fumantur in diametro

$$= ab, \text{ & incipient in centro, æquatio est } \frac{c}{b} \cdot \sqrt{b^2 - x^2} = y^2; \text{ si vero originem}$$

$$\text{habeant in puncto curvæ, } \frac{c}{b} \cdot \sqrt{b^2 - x^2} = yy; \text{ qua in hypothesi si abscissæ ac-}$$

$$\text{cipiantur in tangentie fiet } \frac{c}{b} \cdot \sqrt{b^2 - yy} = xx. \text{ Hinc si sit } c = b, \text{ & coordina-}$$

tarum angulus rectus, quæ duo natura circuli postulat, erunt æquationes ipsius circuli $bb - xx = yy$, $zbx - xx = yy$, $zby - yy = xx$. In prima x incipiunt in centro, in duabus aliis in puncto curvæ, sed in secunda diametrum, in tertia tangentem occupant abscissæ. Quoad hyperbolam demum abscissæ sumptis in prima diametro, & incipientibus in centro valet æquatio

$$\frac{cc}{bb} \cdot xx - bb = yy, \text{ sumptis vero in diametro secunda}$$

$$\frac{bb}{cc} \cdot xx + cc = yy. \text{ Si } x \text{ incipient a vertice hyperbolæ, & si fumantur in dia-}$$

$$\text{metro, æquatio erit } \frac{cc}{bb} \cdot zbx + xx = yy, \text{ si fumantur in tangentie}$$

$$\frac{cc}{bb} \cdot zby - yy = xx. \text{ Si } x \text{ incipient a vertice hyperbolæ oppositæ valebunt æ-}$$

$$\text{quationes } \frac{cc}{bb} \cdot xx - zbx = yy, \frac{cc}{bb} \cdot yy - zby = xx; \text{ in prima } x \text{ accipiendo}$$

funt in diametro, in secunda vero in tangentie. Si $c = b$, hyperbola erit æquilatera. Æquatio hyperbolæ inter asymptota sic se habet $xy = bc$, & si coordinatae sint ad angulum rectum, spectat ad hyperbolam æquilateram. Ad has itaque omnes aliae æquationes sunt reducendæ.

3. Ut recte cum ordine theoria progediatur, in duas classes tribuo æquationes indeterminatas secundi gradus. Prima classis eas continebit, in quibus adeat alterutrum, aut utrumque quadratum coordinatarum sine earumdem rectangulo, vel sine uno quadrato coordinatarum rectangulum, quod planum solet vocari. Classis altera complectetur eas æquationes, in quibus exsistit planum simul cum uno, aut duobus coordinatarum quadratis. Quæ in prima classe sunt facil-




Fig. 2.




Fig. 4.




Fig. 5.




Fig. 7.




Fig. 8.






Fig. 10.







Fig. 12.



facillime ad simplicissimam reducuntur, si pro una variabili addita, demptave constantem altera variabilis substituatur, ad quam substitutionem faciendam scepe complenda erunt quadrata per additionem quadrati dimidii coefficientis. Ubi simplicissimam inveneris, curvam describe, tum per singulas substitutiones regredere, & determina propositæ æquationis coordinatas. Exemplis theoria, quæ non est difficilis, planissime declarabitur.

4. Exemplum primum. Dato angulo coordinatarum proponenda construatur æquatio $ax + ab = yy$. Quando $ax + ab = a \cdot x + b$ fiat $x + b = z$; ergo facta substitutione proveniet $az = yy$, quæ est ad parabolam. Diametro AB, (Fig. 1.) parametrum $= a$, describe parabolam, cujus coordinata datum facient angulum, erunt $A B = z$, $B C = y$; sed $x = z - b$. Secetur ergo AD $= b$, erunt $DB = z - b = x$. Punctum D igitur erit origo abscissarum, quæ positivæ sunt ad partem M, negativæ ad oppositam plagam. Ordinatae $= y$ erunt BC ad unam partem positivæ ad alteram negativæ. Si æquatio fuisset $ax - ab = yy$, adhibenda fuisset substitutione $x - b = z$, adeoque $x = z + b$; ergo producta diametro in E, ut AE $= b$, in puncto E inciperent abscissæ $= x$ positivæ ad plagam M.

5. Exemplum alterum. Æquatio construenda sit $xy + ax = aa - ay$. Fac primum $y + a = z$, & $y = z - a$; ejice ab æquatione y , ut fiat $zx = zaa - az$, sive translatis terminis $zx + az = zaa$. Fac deinde $x + a = p$, & habebis $pz = zaa$ æquationem hyperbolæ inter asymptota. Rectæ MM, NN (Fig. 1.) se intersectent in dato coordinatarum angulo, abscede CA $= a$, AB $= za$, & inter asymptota MM, NN in D, N describe hiperbolam transcurrentem per punctum B; erunt CF $= p$, FG $= z$; sed $x = p - a$; ergo AF $= x$, quæ abscissa initium habent in A. Præterea quum sit $y = z - a$, divide AB bisariam in D, & per D duc DH parallelam CA, erunt HG $= z - a = y$. Quum vero DH $= AF$, DH $= x$, HG $= y$. Ex constructione discimus $y = a$, si $x = 0$; si x est positiva, & $< a$, ordinata positivæ sunt; si $x = a$, est $y = 0$; si $x > a$, ordinatae sunt negativæ, positaque y infinita, y negativa $= a$. Si x sunt negativæ, & $< -a$, ordinatae positivæ sunt; si x negativa $= -a$, ordinata est infinita; demum si $> a$, ordinatae negativæ reperiuntur. Si æquatio foret $xy + ax = -aa + ay$, substitutiones $y + a = z$, $x - a = p$, exhiberent $pz = -zaa$. Quare positiva CA $= a$, sumenda estet AE $= za$ ad partem ordinatarum negativarum, & coordinatae forent DH, HI, sed HI estet negativa tendens deorum.

6. Supposui hactenus, quantitates constantes æquationis ejusmodi esse, ut lecum prebeat congruis substitutionibus. Quod si essent magis compositæ, alius introductis speciebus ad simpliciores revocabimus. Sit æquatio $aa - bx = yy$. Fac primum $aa = bc$, ut habeas $b \cdot c - x = yy$, tum $c - x = p$, ut habeas $bp = yy$ æquationem ad parabolam. Ita in æquatione $\frac{a^2 b}{m} + cx = yy$, pone

$bb = cf$, ut æquatio fiat $c \cdot \frac{f}{m} + x = yy$. Hac æquatio posita $\frac{f}{m} + x = pd$ simplicissimam redigetur. In æquatione magis composita $\frac{a^2 x - b^2 x + m^2}{a + b} = yy$, pone $m^2 = aa - bb \cdot c$ & resultabit $a - b \cdot x + a - b \cdot c = yy$; demum utere substitutione $x + c = p$. Similiter in æquatione $xy + ax = bb - cy$ uter pri-
mum substitutione $y + a = z$, & siest $xz + cz = bb + ac$, tum alia substitu-
tione

tione $x+c=p$, ut sit $px=bb+ac$. In hac fac $bb=ac$, & habebis $px = a^2 + c^2$.

7. Exemplum tertium. Sit $xx+ax=ay+by$. Adde utriusque parti quadratum dimidii coefficientis, nempe aa , ut obtineas $xx+ax+aa = aa+ay+by$; pone $x+a=p$ & proveniet $pp=aa+ay+by=\sqrt{a+b} \cdot \frac{aa}{a+b} + y$; pone iterum $\frac{aa}{a+b} + y = z$, & invenies equationem ad parabolam maxime simplicem $pp = \sqrt{a+b} \cdot z$. Parametro $= a+b$ describe parabolam AG (Fig. 3.), cujus tangens fit AF: erunt AF=p, FG=z; sed p-a=x: Ergo secta AC=x, erunt CF=x: item quum sit $y=z-\frac{aa}{a+b}$, & quum CD ex natura parabolae $= \frac{aa}{a+b}$, per punctum D agatur tangentis AF parallela DH, erunt HG=y, & DH=CF=x.

8. Exemplum quartum. Aequatio utrumque quadratum contineat, & sit $xx+ax=ay-y^2$. Adde primum quadratum $\frac{aa}{4}$, ut habeas $xx+\frac{aa}{4}=ay-y^2+\frac{aa}{4}$; fac $x+\frac{a}{2}=p$, & erit $pp=ay-y^2+\frac{aa}{4}$, sive $\frac{pp}{2}-\frac{aa}{8}=yy-by$. Adde iterum $\frac{bb}{4}$, & pone $y-\frac{b}{2}=z$, ut sit $\frac{pp}{2}-\frac{aa}{8}+\frac{bb}{4}=zz$, quæ aequatio est semper ad hyperbolam.

9. Triplex distinguendus est casus. In primo ponitur $aa=bb$, in quo aequatio fit simplicior, nempe $pp=2xz$, seu extracta radice $p=\pm z\sqrt{2}$, siue $p=\pm z::\sqrt{2}: 1::\sqrt{2}bb: b::\frac{a}{2}:\frac{b}{2}$. Sit CA= $\frac{a}{2}$, & pone AB=AD= $\frac{b}{2}$, (Fig. 4) & duc indefinitas CB, CD, erunt CF=p, FG=z; sed $y=z+\frac{b}{2}$; ergo per D duc ta DH parallela CF, erunt GH=y; item $x=p-\frac{a}{2}$; ergo AF, seu DH=x. Q. E. L.

10. Si $aa>bb$, fiat $aa-2bb=mm$, & habebimus aequationem $\frac{pp}{2}-\frac{mm}{8}=zz$, seu $pp-\frac{mm}{4}=zz$; ergo $pp-\frac{mm}{4}:zz::2:1::\frac{mm}{4}:\frac{mm}{8}$, quæ est ad hyperbolam, & exhibet sequentem constructionem. Pota semidiametro CE= $\frac{m}{2}$, (Fig. 5.) secunda CK= $\frac{m}{2\sqrt{2}}$, describe hyperbolam EG. Erunt CF=p, FG=z. Abscinde CA= $\frac{a}{2}$, erunt AF=p- $\frac{a}{2}=x$; parallelam secundæ diametro duc AD= $\frac{b}{2}$, & parallelam primæ per D age DH, erunt HG=z+ $\frac{b}{2}=y$; coordinatz igitur propoñatæ aequationis erunt DH, HG. Q. E. L.

11. De-

11. Demum si $aa < bb$, pone $bb - aa = mm$, ut habeas $\frac{pp}{2} + \frac{mm}{8} = zz$,
 $five pp + \frac{mm}{4} : zz : : \frac{mm}{4} : \frac{mm}{8}$, quæ sequentem constructionem præbet.

Posita secunda semidiametro $CK = \frac{m}{2}$, (Fig. 6) prima $CE = \frac{m}{2\sqrt{2}}$, describe hyperbolam EG, erunt $CF = p$, $FG = z$; ergo secta $CA = \frac{a}{2}$, erunt $A F = p - \frac{a}{2} = x$. Sit $AD = \frac{b}{2}$ parallela CE, erunt $HG = z + \frac{b}{2} = y$; ergo DH, HG erunt coordinatæ quæsitæ.

12. Quoniam methodus Cl. Wit, tametsi fuerit a pluribus scriptoribus illustrata, implicatio est aliquanto in æquationibus secundæ classis continentibus planum xy, idcirco eorum rationem deserens, advocabo methodum quantitatum indeterminatarum, & artificium adhibeo, quod constructionem reddit per quam facilem. Primum ita ordino æquationem, ut una pars contineat yy affectum signo +, & omnis coefficientis expers simul cum rectangulo ex y & suo multiplicatore; in aliam æquationis partem terminos reliquos rejicio. Deinde addito quadrato dimidiæ ejus quantitatibus, quæ multiplicat y, compleo quadratum integrum, cuius radici novam indeterminatam facio æqualem, quam voco z, factaque substitutione sele offert æquatio, a qua abest planum xy. Si construam curvam indeterminatarum x, z, ut revocatis substitutionibus determinem y; fieri numquam poterit, ut y deliniat in lineam abscissarum x, sed definient in lineaem, cuius abscissæ erunt ad x in data ratione. Quare ita construo æquationem, ut tamquam abscissas non sumam x, sed mx, quæ species m designat rationem indeterminatam deinceps determinandam. Ad hunc finem efficiam, ut x in æquatione, quæ turbari non debet, ubique inveniatur multiplicata per m, & describam curvam, cuius abscissæ = mx, ordinatæ = z. Hoc effecto ab initio abscissarum mx lineam rectam ducam ejusmodi angulum facientem, ut ordinatæ z aut addatur, aut dematur ea quantitas, quam calculus indicat, & addita detractave constante, si opus est, determinabo y. Postremo definiam valorem speciei m, qui efficit, ut ordinatæ y definit in abscissas = x, atque determinabo, quinam debeant esse omnes anguli, ut coordinatæ x, y datum angulum faciant. Theoriam hanc, quæ hoc modo proposita videtur non ita facilis, exempla reddent clarissimam.

13. Exemplum quintum. Sit æquatio, ut par est, ordinata $yy - 2ay + 2xy - aa + 4ax - xx$. Addo utrique parti $aa - 2ax + xx$ quadratum dividji coefficientis y, ut habeam $y - a + x = 2aa + 2ax$. Pono $y - a + x = z$; & invenio $zz = 2aa + 2ax$, quæ est ad parabolam; Verum ita curva construenda est, ut ejus abscissa non sit x, sed mx. Quare æqualitate custodita ita formulam dispono $zz = \frac{2a}{m} \cdot ma + mx$. Itaque parmetro $A B = \frac{2a}{m}$ intelligatur descripta parabolæ A I (Fig. 7), cuius abscissæ AF = $ma + mx$, ordinatæ FHI = z: igitur secta AC = ma , erunt CF = mx . Ad inveniendam $y = z + a - x$, producatur BA in D, donec AD = a, & duc diametro parallelam DG, ad quam protrahantur LF, erunt EG = mx , GI = $z + a$, ex quadrahenda est Y, ut

x , ut inveniatur y . Intelligatur ducta EH sic, ut intercepta $GH = x$; fit $HI = z + a - x = y$. Ut autem y in x definiant, opus est, ut $EH = x$; igitur determinandus est valor m , ut, existente $GH = x$, sit item $EH = x$, dato angulo EHG . Fiat triangulum RST , cuius angulus S aequalis datum EHG , cujusque latera SR, ST sint inter se aequalia, singula autem faciam $= a$. Sumpta RT , eam voco $= e$. Itaque erit $a : e :: x : mx :: 1 : m$; ergo $m = \frac{e}{x}$; ergo parameter $AB = \frac{2^{\alpha} a}{m} = \frac{2^{\alpha} a}{e}$, $AC = ma = e$. Quando angulus $EGH = T$, angulus BAF erit complementum ad duos rectos anguli T . Igitur diametro AF , parametro $AB = \frac{2^{\alpha} a}{e}$ & angulo BAF aequante complementum ad duos rectos anguli T , delineetur parabola; tum accioiatur $DA = a$, agatur DG parallela diametro AF , abscindatur $DE = e$, demum agatur EH faciens angulum $GEH = R$: habebitur $EH = x$, $HI = y$. Q. E. I. Corollarium. Si coordinatae x, y debeant concurrere in angulo recto, proveniet $m = \sqrt{z}$.

14. Exemplum sextum. Ad confluendam aequationem jam ordinatam $yy - xy = aa - xx$, addo $\frac{1}{4}xx$, quod est quadratum dimidii coefficientis y ,

$$\frac{1}{4}xx$$

Hujus termini singuli comparentur cum terminis date, ut orientur sex equationes $p + y = -13a$, $t + py + u = 45a$, $s + ty + pu = -71a$, $z + ry + su = 57a$, $zx + su = -16a$, $zw = 1$. Ex prima $p = -13a - y$, ex ultima $z = \frac{1}{u}$. Valor p substitutus in secunda, & orietur $s = 45 - a$

$$+ 13ay + yy - u. \text{ Valorem } s \text{ pone in quinta, & invenies } z = \frac{2ay - 16a}{uu - 10u}.$$

Valores inventi inserviantur in quarta, & nascetur

$$39 - \frac{16a^5uy + 13au^3y + 2a^6u - 37a^3u^3 + 45a^2u^2 - u^4}{u^3 - 3u^2} = 0. \text{ Quando } u$$

debet dividere a^6 , & dividores magis simplices sunt $\pm a^6, \pm 2a^6, \pm a^6\sqrt[3]{2}$, his equalis u ponit potest. Verum si facias u equalem aut a^6 , aut $-a^6$, nihil invenies. Tenta igitur $u = 2a^4$. Fieri $y = 15ay + 32a^6 = 0$, quae solutione dat duos valores $y = -10a$, $y = -3a$. Primum tentando inutiliter deprehendit. Secundus valor y dabit $p = -11a$, $t = 21a$, $s = -7a$, $z = a$, qui possunt in equatione tertie, quia nondum ubi fuitus, efficiunt

$-7s^3 - 43s^3 - 22s^3 = -71s^3$, que identica est. Quare formulae duas, in quas proposita resolvitur, erunt $xs - 2sx + 2ss = 0$, $x^4 - 11sx^3 + 21s^2x^2 - 7s^3s + s^4 = 0$, quae in se duæ eamdem restituent.

7. Animadversio hic omittenda non est. Si adhibuisssem non quartam æquationem, sed tertiam, prodiisset æquatio cubica $xy^3 + 26sy^2 + 81s^2y + 74s^3 = 0$; quum antea invenerim æquationem quadraticam, quæ facilitioris est resolutionis. Quare electio terminorum, quibus utamur, plurimam afferre potest utilitatem. Nihilominus per æquationem cubicam rem eodem modo conficerem, quia ejus radices sunt $y = -2s$, $y = -\frac{11s}{2} \pm \frac{s}{2}\sqrt{47}$, quarum una, nimirum $= 2s$, eos valores praberet, quæ quartam æquationem redderent identicam.

8. Prepono nunc æquationem sexti gradus resolvendam in duas tertii scilicet, $x^6 + 3sx^5 + 4ssx^4 + 6s^3x^3 + 6s^4x^2 + 3s^5x + 2s^6 = 0$. In auxilium vocare dñe sunt de more duas æquationes tertii gradus $x^3 + yx^2 + px + q = 0$,

$$x^5 + sx^4 + qx^3 + px^2 + rx + s = 0, \text{ quarum productum est hujusmodi.}$$

$$\begin{aligned} x^6 + yx^5 + px^4 + qx^3 + rx^2 + sx + q &= 0. \\ + sx^5 + syx^4 + ppx^3 + ppx^2 + px &= 0. \\ + sx^4 + syx^3 + qyx^2 &= 0. \\ + zx^3 &= 0. \end{aligned}$$

dabit sex æquationes scilicet $y + s = 3s$, $p + sy + s = 4s^2$, $q + ps + sy + q = 6s^3$, $rx + ps + qy = 6s^4$, $su + pqr = 3s^5$, $zr = 2s^6$. Ex prima $s = 3s - y$; ex ultima $z = \frac{2s^6}{u}$. In quinta isti valores substituantur, & invenientur

$$s = \frac{3s^5}{u} - \frac{2s^6p}{uu}, \text{ Ex secunda substitutis valoribus}$$

$$p = \frac{4s^2u^2 - 3s^5u + u^2y - 3su^3y}{uu - 2s^6}, \text{ item ex tertia}$$

$$p = \frac{6s^3u^2 - u^3 - 3s^5uy - 2s^6u}{3suu - u^2y - 2sy^2}. \text{ Duo valores } p \text{ inter se æquentur, expurgataque æquatione invenietur}$$

$$\begin{aligned}
 & y^3 - 6a^7uy^2 + 8a^8uy \equiv 6a^3u^3 \\
 & - 6a^3y^2 - 6a^5u^2y + 9a^6u \\
 & + 13a^2u^2y - 12a^9u \\
 & + 4a^{12} = 0. \text{ Quoniam ex ultima constat } u \text{ esse} \\
 & - u^4 \\
 \hline
 & u^3 + 2a^6u
 \end{aligned}$$

divisorem z^6 , omnes hujus quantitatis divisores tentemus. Pono itaque $u = a^3$, & æquatio orientur $y^3 - 4ay^2 + 5a^3y - 2a^3 = 0$, quæ habet duas radices æquales nempe $y = a$, & unam inæqualem $y = 2a$. Hac utamur, & inveniemus valores $s = a$, $z = z^6$, $p = a^2$, $t = a^2$, qui valores positi in quarta æquatione dant $a^4 + a^4 + 4a^4 = 6a^4$, hoc est. identicam. Valores itaque utiles sunt, & dant æquationes tertii gradus $x^4 + 2ax^2 + a^2x + a^3 = 0$, $x^4 + ax^2 + a^2x + 1a^3 = 0$, quæ in seculo ducento propositam restituent. Si valor $y = 2a$ fuerit inutilis, tentemus alium $y = a$. Si hic quoque inutilis deprehensus fuisset, ponenda foret successiva u æqualis aliis divisoribus tertij gradus quantitatis z^6 . Quod si omnes forent inutiles, per hanc methodum resolvi æquatio non posset.

9. Quamquam methodus ista applicari ctiam possit æquationibus gradu superiorum, tamen difficultas maxime ob terminorum multiplicitatem augetur. Si resolvenda esset æquatio gradus octavi in duas quarti, in singulis æquationibus auxiliariis quatuor indeterminatae haberentur; quare facto etiam unus termino ultimo æquali divisorio ultimi termini propositæ, se se offerrent æquationes solidæ, quæ difficilis sunt resolutionis. Attamen si resolvantur, voti compotes efficiemur. Methodus ista, quæ tentando progreditur, ad optatum exitum lœdenumero non perdere. Attamen si formulæ ex sint, quæ convertibiles nominantur, sive dubio istæ in plures secundi gradus resolvantur quæ quidem aliquando imaginaria possunt continere. Æquationes convertibiles sunt gradus paris, ejusque exponentes vocetur $= n$; In primo termino adebet x^n , habens pro coefficiente solam uitatem, in ultimo est quantitas constans, quam voco $= a^n$. Quilibet terminus positus inter medium, & ultimum divisus per congruam radicem a^n debet esse prædictus eodem coefficiente, & signo, quo terminus respondens positus inter medium, & primum. Ita convertibiles erunt æquationes $x^n + bx^{n-1} + cx^{n-2} + aabx + a^n = 0$, $x^n - bx^{n-1} + b^2x^{n-3} - a^4bx + a^n$. Methodus resolvendi has æquationes est hujusmodi. Assumatur formula secundi gradus $xx + fx + aa = 0$, in qua f est quantitas determinanda. Deinde formetur formula convertibilis inferior duobus gradibus, ita ut primus terminus sit x^{n-2} , ultimus x^{n-1} , cujus coefficientes pariter sint indeterminati. Iste duæ æquationes simul multiplicentur, & ejus, quæ nascitur, termini singuli comparantur cum terminis datæ, usque ad terminum medium inclusiæ; ceterum enim comparatio eisdem, ac primi æquationes præbent. Ejus

dis

Eis omnibus indeterminatis præter f , proveniat æquatio inter f , & constantes Valores omnes ex hac æquatione eliciti, positi in trinomio $xx + fx + aa = 0$, exhibebunt æquationes secundi gradus, in quas proposita resolvitur.

10. Propono ad exemplum primum æquationem convertibilem

$x^4 + 2bx^3 + 2aabx + a^4 = 0$. Efformo æquationem convertibilem duobus gradibus inferiore, scilicet $xx + bx + aa = 0$, quam multiplico per trinomium $xx + fx + aa$, ut nascatur convertibilis æquatio

$x^4 + bx^3 + 2a^2x^2 + a^2fx + a^4 = 0$. Comparatio terminorum duas æquationes
 $+ fx^3 + fbx^2 + a^2bx$

præbet $f + b = ab$, $2aa + fb = 0$. Valorem b elicitum ex prima substitue in secunda, ut habeas $2aa + 2bf - ff = 0$, seu $ff - 2bf = 2aa$, cuius radices sunt $f = b \pm \sqrt{2aa + bb}$. Hos valores pone in trinomio, & habebis
 $xx + bx + x\sqrt{2aa + bb} + aa = 0$, $xx + bx - x\sqrt{2aa + bb} + aa = 0$, in quas æquatio proposita resolvitur.

11. Exemplum alterum sufficiat æquatio $x^6 + a^6 = 0$. Efformo æquationem convertibilem quarti $x^4 + gx^3 + bx^2 + agx + a^4 = 0$, quam multiplico per trinomium $xx + fx + aa = 0$, ut habeam formulam convertibilem gradus sexti

$x^6 + gx^5 + bx^4 + agx^3 + a^4x^2 + a^4fx + a^6 = 0$. Facta comparatione cum pro-
 $+ fx^5 + fgx^4 + fbx^3 + a^2fgx^2 + a^4gx$
 $+ a^2x^4 + agx^3 + a^2bx^2$

posita secundi, tertii, & quarti termini præbeatur tres æquationes $f + g = 0$,
 $b + fg + a^2 = 0$, $a^2g + fb = 0$. Ex prima $g = -f$, qui valor substitutus in reliquis dat duas $b - ff + aa = 0$, $-a^2f + fb = 0$. Ex harum primæ
 $b = -aa + ff$; ergo facta substitutione in altera $f^3 - 3a^2f = 0$, ex qua tres
 valores f proveniunt $f = 0$, $f = a\sqrt{3}$, $f = -a\sqrt{3}$. Hi valores positi in trino-
 mio $xx + fx + aa = 0$ dant tres æquationes secundi gradus, in quas proposita
 resolvitur, scilicet $xx + aa = 0$, $xx + ax\sqrt{3} + aa = 0$, $xx - ax\sqrt{3} + aa = 0$.
 Gabriel Manfredius Analysta doctissimus in primo Ac. Bononiensis tomo formu-
 las convertibiles in usum traduxit ad resolvendam nonnulla biacmia, & trinomia
 in factores reales secundi gradus; quod nos deinceps adhibita faciliori methodo
 absolvemus.

12. Non videtur hoc loco omittenda methodus deprimendi æquationes, quo-
 tiecumque constat, eas prædictas esse duabus, aut pluribus radicibus æquilibus,
 quam tradit Joannes Huddenius vir celeberrimus in fine Geometriae cartesianæ
 de reductione æquationum regula 10. Illa enim sçpè in usum traducitur, &
 utilissima est. Sed quoniam sine ulla demonstratione proponitur, danda nobis opera
 est, ut certa fundamenta detegamus, quibus innititur. Demonstravimus Cap. pri-
 mo, binomium $x + a$ elevatum ad potestatem m ita exprimi

$$x^m + max^{m-1} + \frac{m \cdot m-1}{2} x^{m-2} + \frac{m \cdot m-1 \cdot m-2}{2 \cdot 3} x^{m-3} \text{ &c. Si ab}$$

hic formula tollamus primum terminum x^m , tum auferamus maximum factorem eiususlibet divisoris, demum dividamus per $m \cdot a$, proveniet formula

$$x^{m-1} + \frac{m-1}{2} \cdot a \cdot x^{m-2} + \frac{m-1 \cdot m-2}{2} \cdot a^2 \cdot x^{m-3} \text{ &c., quæ nihil est a.}$$

aliud, nisi binomium $x+a$ clatum ad potestatem $m-1$, una scilicet gradu minorem. Verum facile est cognoscere, hic omnia obtineri, si singulos formulæ terminos multiplicemus per singulos terminos seriei arithmeticæ 0, 1, 2, 3 &c., eosque omnes dividamus per $m \cdot a$. Quapropter si supponamus $x+a=e$, constat

fore tum $x+a=0$, tum $x+a=\infty$, atque in hac secunda formula numerum radicum æqualem eius unitate minorem quam in prima. Igitur si singulos terminos expositæ formulæ, quæ supponitur $=0$, multiplicemus per singulos terminos seriei arithmeticæ 0, 1, 2, 3 &c., resultabit formulæ quæ erit $=0$, & habebit numerum radicum æqualem unitate imminentium. Idem manifestum est valere, si singuli termini multiplicentur per seriem arithmeticam 0, n , $2n$, $3n$ &c. quia hac nova series hoc solum differeniam inducit, quod singulos terminos multiplicat per n .

13. Idem dicas velim, si æquationis singulos terminos multiplicemus per singulos terminos eujuslibet seriei arithmeticæ b , $b+n$, $b+2n$, $b+3n$ &c. Nam hac operatio nihil aliud prestat, quam multiplicare primum singulos terminos per b , quod dat $b \cdot x+a$; tum eosdem successively multiplicare per 0, n , $2n$, $3n$ &c.; quod ut constat ex N. superiore dat $nma \cdot x+a = \infty$; ergo hæc operatio præbet formulam æqualem $b \cdot x+a + mna \cdot x+a = \infty$, seu

$$bx+b a+mna \cdot x+a = \infty \text{ quæ habet } m-1 \text{ radices æquales, adeoque } = a.$$

14. Quod demonstratum est de illis æquationibus, quæ solis radicibus æquilibus constant, idem non est difficile extendere ad illas quoque, quæ radices habent partim æquales, partim inæquales. Intelligentur primum, omnes termini formulæ experimentis potestatem m binomii $x+a$ duci in x^p , tum termini singuli multiplicentur per terminos singulos seriei arithmeticæ eujuslibet b , $b+n$, $b+2n$, &c. manifestum est provenire formulam, quæ æquabit

$$bx+b a+mna \cdot x^p \cdot x+a = \infty, \text{ quæ } = 0, \text{ & habet radices æquales } m-1. \text{ Iam vero specta quamlibet æquationem coalescentem partim ex radicibus æquilibus, partim ex inæqualibus. Radices æquales det } x+a = \infty, \text{ inæquales formula}$$

$$x^p + Ax^{p-1} + Bx^{p-2} \text{ &c. Itaque æquatio ita disponi poterit}$$

$$x^{m+p} + ma x^{m+p-1} + \frac{m \cdot m-1}{2} a^2 x^{m+p-2} + \frac{m \cdot m-1 \cdot m-2}{2 \cdot 3} a^3 x^{m+p-3} \text{ &c.}$$

$$+ Ax^{m+p-1} + ma Ax^{m+p-2} + \frac{m \cdot m-1}{2} A^2 x^{m+p-3} \text{ &c.}$$

$$+ Bx^{m+p-2} + ma Bx^{m+p-3} \text{ &c.}$$

$$+ \text{ &c.}$$

Si

Si bujus formulæ termini singuli ducantur in terminos seriei arithmeticæ $b, b+2n, b+2n, b+3n, b+3n$ &c., manifestum est, terminos positos in superiori linea horizontali multiplicari per seriem, cuius primi termini sunt $b, b+n$; terminos positos in secunda linea horizontali duei in terminos seriei, cuius sunt primi termini $b+n, b+2n$; similiter qui positi sunt in linea horizontali tertia duei in seriem, cui primi termini sunt $b+2n, b+3n$, atque ita deinceps; sed ista lineæ horizontales sunt potestas m binomij $x+n$, ducta in terminos x^P, Ax^{P-1}, Bx^{P-2} &c.; ergo facta multiplicatione omnes $=0$, & continent $m-1$ radices æquales; ergo tota æquatio $=0$, & continet radices æquales numero $m-1$. Q. E. D.

15. His demonstratis regula Huddenii fit manifesta. Si habeas æquationem, cui infinit due, aut plures radices æquales, ejus terminos multiplicare per terminos ejuslibet seriei arithmeticæ; æquatio, qua proveniet, continebit eadem radices æquales, sed earum numerus erit unitate minus. Formula data, & inventæ divisor communis inveniatur, qui continebit factorem præsentem radices æquales; Per hunc dividatur data tot visib⁹, quo sunt radices æquales, & remanebit formula alias radices continentis. Utile autem erit vel maxime eligere seriem arithmeticam, qua incipiat a_0 ; nam ita æquatio provenit uno gradu depressior. Verum potes, adhibitis duabus seriebus arithmeticis dues æquationes inventire, quarum divisor communis dabit factorem, per quem data est dividenda. Cave temere, ne utraque æquatio oriatur eadem. Juvabit vero secundam seriem eligere, qua definit in a_0 . Ita enim, facta divisione per x , obtinebitur æquatio inferior geda uno. Si radices æquales essent plures, quam dum, potes multiplicationem per seriem arithmeticam iterare, donec habeas æquationem unam tenum ex redicibus æqualibus continentem. Adverte, in hac analysi non esse omittendos terminos, qui desunt, & spectandos esse, ut multiplicatos per a_0 .

16. æquationem prædictam duabus radiebus æqualibus $x^2 - 5x^2 + 8x - 4 = 0$, multiplico per seriem arithmeticam $0, 1, 2, 3$, ut fiat $-5x^2 + 16x - 12 = 0$. Eamdem multiplico per seriem inversam $3, 2, 1, 0$, ut oriatur $3x^2 - 10x^2 + 8x = 0$, sive facta per x divisione $3x^2 - 10x^2 + 8 = 0$. æquationum inventarum divisor communis est $x-2$, per quem bis divisa æquatione data fit $x-1=0$. Itaque æquationis duas radices æquales erunt $x=2$, inæqualis $x=1$.

17. Proponatur resolvenda æquatio quarti gradus, in qua constat adesse duas radices æquales

$$x^4 - 43x^3 + 150x^2 - 144 = 0. \text{ Multipliæ terminos singulos per}$$

$$0, 1, 2, 3, 4$$

$$-86x^3 + 450x^2 - 576 = 0, \quad \text{sed facta divisione per } 2:$$

$-43x^2 + 225x - 288 = 0$. Si multiplicarem per seriem $4, 3, 2, 1, 0$, proveniret æquatio tertii gradus. Hojus autem, & superioris inveniendus efficitur divisor communis. Quare latius erit multiplicare per seriem $3, 2, 1, 0, -1$, ut proveniat æquatio quarti gradus, sed quæ resolvi possit ad modum quadraticæ, hoc est $3x^2 - 43x^2 + 144 = 0$. Resolvamus primam æquationem, & fiet

$$x - \frac{x^2 - 225}{2 \cdot 43} = \frac{x^2 - 225}{2 \cdot 43} - \frac{288}{43} = \frac{30625 - 49536}{2 \cdot 43} = \frac{1089}{2 \cdot 43} : \text{ergo}$$

$x = \frac{x^2 - 33}{2 \cdot 43}$, Ex qua duo eruntur valores $x = 3$, $x = \frac{96}{43}$. Resolvamus al-

$$\text{teram } x^2 - \frac{43}{2 \cdot 3} = \frac{43}{2 \cdot 3} - \frac{144}{3} = \frac{1849 - 1728}{2 \cdot 3} = \frac{121}{2 \cdot 3} : \text{ergo}$$

$x^2 = \frac{43 + 11}{2 \cdot 3}$, ex quo duo valores $x^2 = \frac{54}{2 \cdot 3} = \frac{27}{3} = 9$, $x^2 = \frac{32}{2 \cdot 3} = \frac{16}{3}$. Primus dat $x = 3$. Itaque communis divisor erit $x - 3$. Per hunc bis divisa equationes proposita prodibit $x x + 6x - 16 = 0$, quæ radices inæquales præbebit.

18. Quoniam in equationibus raro existunt conditiones, per quas radices verae ex superioribus methodis deterguntur, propterea tonati sunt analytizæ, hæc radices per approximationem, ut ajunt, determinare, hoc est inventire radicem, quæ differt a vera, quantitate quantum volueris minima. Plures methodi exco-gitatæ sunt; nos unam tantum scilicet newtonianam paucis exponentemus. Quam ob rem uocelle est præmittera aliqua de limitibus equationum, quam theoriam Erasmus Bertolinus in introductione ad geometriam Cartesii acceptam refert Florimundo de Baune. Limites equationum sunt quantitates duas inæquales, intra quas radix vera positæ est. Quomodo autem hi limites inveniantur propositis aliquot exemplis declaramus.

19. Sit equationis $x^2 + px = q$; ergo $px < q$, & $x < \sqrt{\frac{q}{p}}$. Similiter erit $q > x^2$, & $\sqrt{q} > x$, & $x\sqrt{q} > x^2$, & addendo px , fieri $px + x\sqrt{q} > x^2 + px$; sed $x^2 + px = q$; ergo $px + x\sqrt{q} > q$, & $x > \frac{q}{p + \sqrt{q}}$. Itaque verus valor x positus

est inter quantitates inæquales $\frac{q}{p}$, $\frac{q}{p + \sqrt{q}}$, quæ sunt limites, est enim x minor

prima, major secunda. Nunc queramus limites equationis $x^2 - px + q = 0$; erit $x^2 + q = px$; ergo $x^2 < px$, & $x < p$. Similiter quia $x^2 = px - q$, quantitas $px - q$ erit positiva; igitur $px > q$, & $x > \frac{q}{p}$. Itaque limites erunt p , $\frac{q}{p}$. Sit equationis $x^2 = px + q$, erit $x^2 > q$, & $x > \sqrt{q}$, &

$x\sqrt{q} > q$; ergo $px + x\sqrt{q} > px + q$; sed $px + q = x^2$, ergo $px + x\sqrt{q} > x^2$, ex qua sequitur $x < p + \sqrt{q}$. Similiter $x^2 > px$, & $x > p$; ergo $px > p^2$, & $px + q > p^2 + q$; sed $px + q = x^2$; ergo $x^2 > p^2 + q$, & $x > \sqrt{p^2 + q}$.

Quare limites equationis sunt $p + \sqrt{q}$, qua x minor est, & $\sqrt{p^2 + q}$, qua x est major,

20. Definiamus limites æquationis $x^3 + r = qx$; Erit $qx > r$; ergo $x > \frac{r}{q}$.

Similiter $x^3 < qx$; ergo $x^2 < q$, & $x < \sqrt{q}$. In æquatione $x^3 + qx = r$ ita procede; est $qx < r$; ergo $x < \frac{r}{q}$. Item $r > x^3$, & $r^{\frac{1}{3}} > x$, & $r^{\frac{1}{3}} > x^{\frac{1}{3}}$; ergo $r^{\frac{2}{3}}x > x^3$, & $r^{\frac{2}{3}}x + qx > x^3 + qx$; sed $x^3 + qx = r$; ergo $r^{\frac{2}{3}}x + qx > r$, & $x > \frac{r}{r^{\frac{2}{3}} + q}$; quare x posita est inter limites, & est minor $\frac{r}{q}$, major $r^{\frac{2}{3}} + q$.

$\frac{r}{q} - p$. Si habeatur æquatio $x^3 - px^2 = r - qx$. Si fit $x > p$, erit quoque $r^{\frac{2}{3}} + q > r$, seu $x < \frac{r}{q}$. Si vero $x < p$, erit quoque $r < qx$, & $x > \frac{r}{q}$. In utroque casu igitur limites sunt p , & $\frac{r}{q}$. In æquatione $x^3 - px = px^2 + qx$ est $px^2 + qx > r$, & $x^2 + \frac{q}{p}x > \frac{r}{p}$, & $x^2 + \frac{q}{p}x + \frac{q^2}{4p} > \frac{r}{p} + \frac{q^2}{4p}$, &c $x + \frac{q}{2p} > \frac{1}{2p}\sqrt{4rp + q^2}$, demum $x > \frac{\sqrt{4rp + q^2} - q}{2p}$. Similiter $px^2 + qx > x^3$, & $q > x^2 - px$, & $q + \frac{pp}{4} > x - \frac{p}{2}$; ergo $x - \frac{p}{2} < \frac{1}{2}\sqrt{4q + pp}$, demum $x < \frac{\sqrt{4q + pp} + p}{2}$. Limites itaque sunt $\frac{\sqrt{4rp + q^2} - q}{2p}$, $\frac{\sqrt{4q + pp} + p}{2}$. Hæc exempla sufficunt ad ostendendam methodum

inveniendi limites æquationis, quæ solum industria in analyta requirit.

21. Inventis limitibus ad determinandam radicem præce veram per approximationem hæc methodus tenenda est. Assume quantitatem intra limites posicam, quam voco $= p$, tum fac $x = p + y$, quæ y futuræ exiguae erit. Facta substitutione inventetur æquatio continens y, in qua ob exiguitatem y, omnes ejus potestates excepta infinita delectantur; quare valor y statim determinabitur, quem valorem adde p, & qui resultat vox $= q$, hic erit valor x propriæ vero. Si ostendat appropinquare magis, fac $x = q + y$, & repete operationem, donec valor x quantum volueris parum à vero discrepet. Ut autem radicalia, & fractiones diversæ videntur, usile erit, quemadmodum vulgo fit, omnia in fractionibus decimalibus exprimere. Unum aut alterum exemplum methodum declarabit.

22. Equationis $x^3 - 5x^2 - 3x = 0$ radix per approximationem invenienda fit.

sit: Quoniam 8 positus est inter $5 + \sqrt{31}$, & $\sqrt{56}$, qui sunt limites aequationis, pose $x = 8 + y$. Facta substitutione fiet

$$\begin{array}{l} x^3 = 64 + 16y + yy \\ - 5x = - 40 - 5y \\ - 31 = - 31 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Ergo deleta } yy \text{ propter} \\ = o \text{ exigitatem fiet} \\ - 7 + 11y = o, \text{ sive} \end{array}$$

$y = \frac{7}{11}$, sive proxime = 0.6; ergo $x = 8.6 + y$, & aequatio in hanc mutatur

$$\begin{array}{l} x^3 = \frac{7396}{100} + \frac{172}{10} y + yy. \text{ Deleta } yy, \text{ & reductione falso} \\ - 5x = - \frac{430}{10} - 5y \\ - 31 \end{array}$$

$$- 0.04 + 12.20y = o; \text{ ergo } y = \frac{0.04}{12.20} = 0.0032.$$

Itaque $x = 8.6032$, qui valor magis ad verum accedit. Fac tertio $x = 8.6032 + y$

$$\begin{array}{l} x^3 = 74.01505024 + 17.20640000.y + y^2 \\ - 5x = - 43.01600000 - 5.00000000.y \\ - 31 = - 31.00000000 \end{array} = o$$

five — 0.000094976 + 12.20640000.y, sive
 $y = 0.000097808$, seu $x = 8.6032077808$. Atque hac methodo procederis, si velis ad valorem verum x magis magisque accedere.

23. Simili modo investigo radicem aequationis $x^3 + 2x^2 - 23x - 70 = o$. Limitum methodus me docet, valorem x non multum abesse a 5. Quare sit $x = 5 + y$. Aequatio omisitis superioribus potestatibus y fiet

$$\begin{array}{l} x^3 = 125 + 75y + \dots \\ + 2x^2 = 50 + 20y + \dots \\ = \quad = o \quad \text{aut } y = \frac{10}{72} = 0.139 \text{ proxime. Itaque habemus} \\ - 23x = - 115 - 23y \\ - 70 = - 70. \\ x = 5.1. \text{ Ponamus iterum } x = 5.1 + y, \text{ habebimus} \end{array}$$

$$\begin{array}{l} x^3 = 132.651 + 78.030.y + \dots \\ + 2x^2 = 52.020 + 20.400.y + \dots \\ = \quad = o \quad \text{Reducta itaque} \\ - 23x = - 117.300 - 43.000.y \\ - 70 = - 70.000 \\ - 2.629 + 75.430.y = o, \text{ sive } y = \frac{2.629}{75.430}, \text{ quæ quam proxime} = 0.0349; \end{array}$$

ergo $x = 5.1349$. Eodem modo licet progredi, quousque libuerit.

24. Sed reliquis methodis, quæ aut tentando procedunt, aut solum valorem vero proximum inveniunt, videamus, quænam aequationes gradum quartum excedentes tutam exactamque resolutionem accipiunt; non enim suppetit methodus

zumendis, qua omnes resolvamus. Resolvuntur autem primo, quum spoliatis secundo termino carent aliis omnibus, si ultimam excepias; deinde quum unus tantum terminus ex mediis adest, in quo exponentia incognitæ dimidium est exponentis termini primi, quod contingere non potest, nisi exponentia maximum sit numerus par; post resolvuntur, quum ex mediis adsunt termini duo ita, ut exponentia in tribus terminis sint quemadmodum 3, 3, 1, quod postulat exponentia maximum esse divisibile per 3; demum quum mediis termini tres fuerint, & exponentia sunt ut 4, 3, 2, 1, quod obtineri nequit, nisi exponentia primi termini dividit potest per 4. Adverte, perfici codem modo resolutionem, tametsi aliquis ex terminis deficit, & intelligatur multiplicatus per 0. Hæc omnia clara sunt ex iis, quæ diximus de resolutione æquationum secundi, tertii, & quarti gradus. Nemo unus non videt, conditiones illas angustis admodum finibus contineri in omnibus æquationibus, sed in illis præterim, in quibus incognitæ exponentia maximum est numerus primus. In his enim præter primam conditionem nulla haberi potest, sub qua resolutionem accipiant. Verum Vincentius Riccatus opusculo quarto tomî primi methodum aperuit determinandi omnes æquationes cuiuscumque gradus, quarum radix una ex modo exprimi potest, quo radix cardanica æquationum cubicarum. Ne theoriam maximi momenti prætermittamus, quæ magis necessaria sunt, desumemus ex eo opusculo, quod si legas, eamdem uberiori tractatam compieres.

25. Rem itaque aggrediens incipiam ab æquationibus gradus alterius, deinde ad altiores progredi. Pono $x = m + n$, elevo ad quadratum

$$xx = mm + 2mn + nn, \text{ sive } xx - 2mn - nn = 0. \text{ Hujus radix est } x = m + n, \text{ cui etiam addere possumus } x = -m - n, \text{ ut radicem extraheuti paiam het. Ad æquationes cubicas progrediens elevo } x = m + n \text{ ad tertiam potestatem } x^3 = m^3 + 3m^2n + 3mn^2 + n^3, \text{ quam ita dispono } x^3 = m^3 + 3mn. m + n + n^3. \text{ Ad eamdem partem translatis terminis, substituo } x \text{ pro } m + n, \text{ & invenio } x^3 - 3mnx - nn^3 = 0, \text{ cujus radix una erit } x = m + n. \text{ Ad hanc}$$

æquationem unica hæc conditio requiritur, ut secundus terminus deficit, quod semper obtinere possumus. Ut æquationes gradus quarti expediam, effero ad quartam potestatem $x = m + n$, & invenio $x^4 = m^4 + 4m^3n + 6m^2n^2 + 4mn^3 + n^4$, quæ hoc modo est distribuenda $x^4 = m^4 + 4mn. m + n + n^4 - 2m^2n^2$. Pro $m + n$ pono

$$x, \text{ & translatis terminis nancisco } x^4 - 4mnx^3 + 2m^2n^2 - m^4 - nn^4 = 0, \text{ cujus radix una } x = m + n. \text{ In qua æquatione hæc conditio necessaria est, ut deficit in secundo termino deficit etiam quartus, adeoque nulla potestas impair incognitæ reperiatur.}$$

26. Elevetur ad quintam potestatem $x = m + n$, & prodibit $x^5 = m^5 + 5m^4n + 10m^3n^2 + 10m^2n^3 + 5mn^4 + n^5$. Hæc autem ita disponenda est

est $x^3 = m^3 + 5mn \cdot \frac{m+n}{m-n}^3 + n^3$, Ejice binomium $m+n$ substituta x , &
 $- 5m^2n^2 \cdot \frac{m+n}{m-n}$

transfer terminos, $x^3 - 5mnx^3 + 5m^2n^2x - m^6 = 0$. Conditiones in æquatione
 $- n^3$

æ sunt duæ. Prima petit, ne termini omnes non absint, in quibus incognita parem tenet dimensionem. Altera exigit, ut coefficiens x^6 elatum ad quadratum sit quintuplum coefficiens x . Sexta potestas æquationis $x = m+n$ erit $x^6 = m^6 + 6m^5n + 15m^4n^2 + 20m^3n^3 + 15m^2n^4 + 6mn^5 + n^6$. Hanc ita disponit $x^6 = m^6 + 6mn \cdot \frac{m+n}{m-n}^4 + n^6$. Si transferas terminos, & substitutas x
 $- 9m^2n^2 \cdot \frac{m+n}{m-n}^3$
 $+ 2m^3n^3$

pro $m+n$, habebis $x^6 - 6mnx^4 + 9m^2n^2x^3 - 2m^3n^3 - m^6 = 0$, in qua
 $- n^6$

præter conditionem requirentem, ut omnis terminus absit, in quo x ad impariem potestatem ascendet, necesse est, ut coefficiens termini x^6 sit æquale quadrato coefficiens x^3 diviso per 4.

27. Quum agitur de æquatione gradus septimi, potestas septima æquationis $x = m+n$ ita erit distribuenda $x^7 = m^7 + 7mn \cdot \frac{m+n}{m-n}^5 + n^7$, quæ facta

$$- 14m^2n^2 \cdot \frac{m+n}{m-n}^3 \\ + 7m^3n^3 \cdot \frac{m+n}{m-n}$$

confusa substitutione, & translatis terminis in hanc mutabatur

$x^7 - 7mnx^5 + 14m^2n^2x^4 - 7m^3n^3x - m^7 = 0$. Hæc caret terminis omnibus,
 $- n^7$

in quibus x ad parem potestatem ascendet. Præterea si coefficiens termini x^6 divisi per 7 quadratum sumas, & multiplices per 14, habebis coefficiens termini x^3 , si sumas cubum, & multiplices per 7, habebis coefficiens termini x . Æquatio his conditionibus prædicta obtinet radicem $x = m+n$. Postquam elevaveris $x = m+n$ ad octavam potestatem, æquationem ita distribue

$x^8 = m^8 + 8mn \cdot \frac{m+n}{m-n}^6 + n^8$, cujus terminos si transferas, & pro $m+n$
 $- 10m^2n^2 \cdot \frac{m+n}{m-n}^4$ ponas x , invenies
 $+ 16m^3n^3 \cdot \frac{m+n}{m-n}^2$
 $- 2m^4n^4$

$$\frac{x^8 - 8mnx^6 + 20m^2n^2x^4 - 16m^3n^3x^2 + 2m^4n^4 - m^8}{n^8} = 0. \text{ Ab hac absunt}$$

termini omnes potestatis imparis, & coefficientia determinata sunt uno determinato. Ad æquationem gradus noni inveniendam, eadem methodo utere, atque hanc obtinebis $\frac{x^9 - 9mnx^7 + 27m^2n^2x^5 - 30m^3n^3x^3 + 9m^4n^4x - m^9}{n^9} = 0,$

cujus radix una est $x = m + n.$

28. Mirabuntur fortasse nonnulli, me usque ad æquationem gradus noni methodum produxisse, qua cæteroquin non videtur difficilis intellectu. Verum hoc maxime necessarium visum est, ut eas, quibus æquationes nostra predictæ sunt, conditiones determinarem. Quisque videt æquationes viduatas secundo termino carere similiiter quarto, sexto, aliquip tenentibus sedes pares. Quare æquatio gradus imparis nullum habet terminum, in quo x obtineat potestatem parem; contra in æquationibus gradus paris nullus erit terminus, in quo x teneat imparem dimensionem. Ultimus terminus communis omnibus est $-m^p - n^p:$ p est exponentis maximum incognitus $x.$ Præterea in æquationibus paribus adest terminus $\pm m^2 n^2;$ qui censendus est coefficient quantitatis $x^0.$ Termini, qui existunt in æquatione, si excipias $m^p, n^p,$ quibus semper præfigitur signum $\pm,$ si

gna babent alternantia. Quapropter in æquationibus paribus termino $\pm m^2 n^2$ præfigendum est signum $\mp,$ si p sit numerus pariter par, hoc est ex serie hac 4, 8, 12, 16 &c.; contra scribendum est $\pm,$ si p sit numerus impariter par, id est ex serie 2, 6, 10, 14 &c. In coefficientibus habetur gradatim $m n, m^2 n^2,$ $m^3 n^3$ &c. Verum numeri his præfigendi non ita facile inveniuntur, si excipias illum, qui multiplicat $m n,$ quem constat esse semper $= p.$ Ut cæteros inveniam, ex octo illis casibus, quos supra tractavi, efformo tabulam hoc modo.

Tabula

	$m n$	$m^2 n$	$m^3 n$	$m^4 n$	$m^5 n$	$m^6 n$	$m^7 n$
II	2						
III	3						
IV	4	2					
V	5	5					
VI	6	9	2				
VII	7	14	7				
VIII	8	20	16	2			
IX	9	27	30	9			
X	10	35	50	25	2		
XI	11	44	77	55	11		
XII	12	54	112	105	36	2	
XIII	13	65	156	182	91	13	
XIV	14	77	210	294	196	49	2

In primo ordine horizontali colloco $m n$, $m^2 n^1$, $m^3 n^3$ &c., quibus numeri, qui quadrantur, sunt prafigendi. In prima columnna verticali, quæ est ad sinistram, numeris romanis exprimo gradum æquationis, cui numeri, qui sequuntur, convenient. Scribo numeros, qui in octo casibus consideratis inventi sunt, non omilio a in-

$\frac{P}{P}$

æquationibus paribus, qui ducedus est in $m^2 n^3 x^0$.

30. Si perpendo columnam iubetam $m n$, video, eam esse seriem arithmeticam crecentem per unitatem, ejusque terminos semper æquales esse numeris gradum æquationis indicantibus: quare produci poterit nullo negotio, addendo cuilibet numero unitatem. Quilibet numerus columnæ, quæ subest $m^2 n$, est summa cum numeri, qui supra ipsum positus est in eadem columnæ, tum ejus, qui in columna proxima ad sinistram sita per duas feds superior est. Ita in gradu quinto numerus quæstitus est $2+3$, in sexto $5+4$, in septimo $9+5$, atque ita deinceps. Hac autem ratione in aliis gradibus hanc columnam sum perfsequutus. Similis lex valet in omnibus aliis columnis. Quilibet enim numerus est æqualis numero superiori ejusdem columnæ, & numero antecedentis columnæ, qui respondet gradus per duas unitates minori. Ex hac methodo efformavi etiam in gradibus superioribus tabulam, quam exhibui, quæ nullo negotio produci potest, quoque libuerit. Ex hac autem tabula æquationem cuiuscumque gradus reperies, ejus radix una est $x = m + n$, quam æquationem deinceps canonican appellabo.

31. Formularum canonicularum usus modo declarandus est. Æquatio quilibet cuiuscumque gradus, quæ careat terminis omnibus in sedibus paribus, excepto ultimo, & quæ terminorum existentium coefficientes proportionales habeat quantitatibus $m n$, $m^2 n$, $m^3 n^3$ &c. multiplicatis per numeros nostræ tabulæ gradui æquationis convenientes, hæc inquam æquatio recipiet radicem similem radici æquationis cubicæ. Radix autem hæc inventur per collationem æquationis datae cum æquatione canonica. In æquationibus secundi, & tertii gradus methodus declarata est, ubi de hisce æquationibus egimus. Incipiamus ab æquatione gradus quarti, quam generatim ita expono $x^4 + 4x^2 + 2x - b = 0$. Facta comparatione cum canonica invenio $m n = \frac{1}{2}x$, $m^4 + n^4 = b$. Eliminata specie sicut $m^4 + \frac{n^4}{m^4} = b$, rite $m^8 - b m^4 = -n^4$, quæ resoluta dabit

$$m = \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb}{4} - n^4}. \text{ Calculus idem determinabit}$$

$$n = \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb}{4} - n^4}. \text{ Radices quartæ unitatis sunt quatuor, nimirum } +1, -1, +\sqrt{-1}, -\sqrt{-1}. \text{ Quare si signum radicale radicem illam designet, quæ respondet unitatis radici } +1, \text{ hæc inveniemus quatuor}$$

Valores m

$$\begin{aligned} & \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ & \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ & \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} \\ & -\sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} \end{aligned}$$

Valores n

$$\begin{aligned} & \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ & -\sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ & \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} \\ & -\sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} \end{aligned}$$

Ex his valoribus m , n , qui simul multiplicati exhibent $-a$, radices præbent æquationis propositæ, quum valet signum superius. Qui vero simul multiplicati dant $+a$, præbent radices æquationis, quum valet signum inferius.

32. Itaque æquationis $x^4 - 4ax^2 + 2aa - b = 0$ radices erunt

$$\begin{aligned} x &= \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} + \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ x &= -\sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} - \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ x &= \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} - \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} \\ x &= -\sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} + \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} \end{aligned}$$

Æquationis vero $x^4 + 4ax^2 + 2aa - b = 0$ radices erunt

$$\begin{aligned} x &= \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} - \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ x &= -\sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} + \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \\ x &= \sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} + \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} \\ x &= -\sqrt[4]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1} - \sqrt[4]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{bb - a^4}{4}} \cdot \sqrt{-1}. \end{aligned}$$

33. Ad quati gradus æquationem progrederior, quæ est hujusmodi $x^5 - 5ax^3 + 5a^2x - b = 0$. Hæc comparata cum canonica præbent æquationes

duas $mn = a$, $m^5 + n^5 = b$, ex quibus elicies $m = \sqrt[5]{\frac{b}{2}} + \sqrt{\frac{b}{4} - a^2}$,

$n = \sqrt[5]{\frac{b}{2}} - \sqrt{\frac{b}{4} - a^2}$. Quinque sunt unitatis radices quintæ, nempe

$$x = \frac{-\sqrt{5}-1+\sqrt{-10+2\sqrt{5}}}{4}, \frac{+\sqrt{5}-1+\sqrt{-10-2\sqrt{5}}}{4},$$

$$-\frac{\sqrt{5}-1-\sqrt{-10+2\sqrt{5}}}{4}, \frac{+\sqrt{5}-1-\sqrt{-10-2\sqrt{5}}}{4}. \text{ Quia de}$$

re quinque cum m , tum n valores invenientur, ex quibus illi radicem proportionis equationis expriment, qui simul multiplicati praebent $+s$. Ex hoc criterio radices determinabitis, quas, ut brevioribus formulis complectar, pono m, n eae quales radicibus illis, quae respondent unitatis radici quintae $+i$. Hoc supposito en tibi equationis radices $x = m + n$

$$x = m, \frac{-\sqrt{5}-1+\sqrt{-10+2\sqrt{5}}}{4} + n, \frac{-\sqrt{5}-1-\sqrt{-10+2\sqrt{5}}}{4}$$

$$x = m, \frac{-\sqrt{5}-1-\sqrt{-10-2\sqrt{5}}}{4} + n, \frac{-\sqrt{5}-1+\sqrt{-10+2\sqrt{5}}}{4}$$

$$x = m, \frac{\sqrt{5}-1+\sqrt{-10-2\sqrt{5}}}{4} + n, \frac{\sqrt{5}-1-\sqrt{-10-2\sqrt{5}}}{4}$$

$$x = m, \frac{\sqrt{5}-1-\sqrt{-10-2\sqrt{5}}}{4} + n, \frac{\sqrt{5}-1+\sqrt{-10-2\sqrt{5}}}{4}.$$

34. Ex hisce exemplis, que diligenter persequutus sum, perspicuum est, qua methodo altiores equationes sint tractandæ. In equationibus gradus imparis $x^p - px^{p-2} &c. - b = 0$, invenies semper hanc radicem

$$x = \frac{\sqrt[p]{b}}{1} + \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a} + \frac{\sqrt[p]{b}}{1} - \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a}, \text{ in qua radicalia signa eas exprimunt radices, quæ respondent unitatis radici } p^{\text{etima}} + i. \text{ In equationibus paribus, quæ secundum terminum affectum habent signo } -, \text{ ut } x^p - px^{p-2} &c. - b = 0, \text{ radices sunt}$$

$$x = \frac{\sqrt[p]{b}}{1} + \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a} + \frac{\sqrt[p]{b}}{1} - \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a}$$

$$x = -\frac{\sqrt[p]{b}}{1} + \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a} - \sqrt[p]{\frac{b}{1} - \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a}}. \text{ Quæ vero secundum terminum habitent affectum signo } +, \text{ duas hæc radices recipiunt}$$

$$x = \frac{\sqrt[p]{b}}{1} + \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a} - \sqrt[p]{\frac{b}{1} - \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a}}$$

$$x = -\frac{\sqrt[p]{b}}{1} + \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a} + \sqrt[p]{\frac{b}{1} - \sqrt[p]{\frac{bb}{4} - a}}, \text{ in quibus omnibus ex ra-}$$

dice signis radicalibus designantur, quæ respondent unitatis radici $p^{\text{etima}} + i$. Censo, non esse prætermittendum discrimen, quod intercedit inter equationes gradus imparis, ac gradus pari. Nam in equatione gradus imparis si s trans-

seat in negativam, mutatur radix $\sqrt{\frac{bb}{4} - a^p}$; quum enim includat a elata ad

potestatem imparem, terminus a^p est positivus, si a sit positiva, negativus, si a sit negativa. Quare non est necesse distinguere casus duos, a positivz, a negativz; una enim eademque formula utriusque radicem exhibet per solam mutationem signorum. Non ita accidit zequationi pari: nam vel a sit positiva, vel negativa, elata ad potestatem parem eodem signo afficitur. Quapropter per solam mutationem signorum seriusque casus radices obtinere non possumus, & neccesariarum est alterum ab altero distinguere, ac separatim radices exhibere, ut praestitum est.

35. Ad alias radices eruendas, necesse esset cognoscere omnes radices $\sqrt[p]{b}$ unitatis, deinde singulas multiplicare tum per $\sqrt[\frac{p}{2}]{\frac{b}{a}}$, tum per $\sqrt[\frac{p}{2}]{\frac{b}{a}} + \sqrt[\frac{p}{2}]{\frac{bb}{4} - a^p}$, tum per $\sqrt[\frac{p}{2}]{\frac{b}{a}} - \sqrt[\frac{p}{2}]{\frac{bb}{4} - a^p}$; demum illas conjungere, quaz simul multiplicatae efficiant $+a$, si p sit impar; vel positio p pari, si in secundo termino insit $+$, quaz exhibent $-a$, contra quaz dant $+a$, si in secundo termino insit $-$. Quibus rite perfectus satia confat, quenam sint zequationes, cujus radix una potest exprimi ad modum radicis cubicz cardanicz.

36. Si hoc referas, quaz de finibus, & coiniis docuimus libro secundo cap. 12, statim cognocetis formulas omnes, ad quas devenimus, construi posse inventis finibus, aut coiniis logarithmi, aut arcus submultipli, quod facilius fieri, si dividatis formulat per 2 ita, ut non queratis integrum radicem x , sed ejus dimidium. Ut sublata omni dubitatione methodus clare exponatur, tractatio omnis in quatuor hypotheses est distribuenda. Prima hypothesis ponit ambas a, b , positivas; secunda a positivam, b negativam; tertia a negativam, b positivam; quarta demum utramque negativam. Hypothesis prima formula est hujusmodi,

$$\frac{x}{2} = \frac{\frac{b}{2} + \sqrt{\frac{bb}{4} - a^p}}{2} + \frac{\frac{b}{2} - \sqrt{\frac{bb}{4} - a^p}}{2}, \text{ quaz duos complectitur casus,}$$

in primo ponitur $\frac{bb}{4} > a^p$, in secundo $\frac{bb}{4} < a^p$. In primo casu comparanda est cum expressione coinius logarithmi submultipli, nempe cum

$$C b. \frac{\mu}{P} = \frac{\overline{C b. \mu + S b. \mu}^P + \overline{C b. \mu - S b. \mu}^P}{2 \cdot r^P - 1}. \text{ In secunda casu compa-}$$

tanda erit cum formula coinius arcus submultipli, nempe cum

$$Cc. \frac{\mu}{P} = \frac{\overline{Cc. \mu + \sqrt{-S c. \mu}}^P + \overline{Cc. \mu - \sqrt{-S c. \mu}}^P}{2 \cdot r^P - 1}.$$

37. Fiat primi casus collatio, & oriuntur aequationes duæ

$$\frac{b}{2} + \sqrt{\frac{bb}{4} - s^p} = \frac{Cb.\mu + Sb.\mu}{r^{1-p}}$$

$$\frac{b}{2} - \sqrt{\frac{bb}{4} - s^p} = \frac{Cb.\mu - Sb.\mu}{r^{1-p}}$$

$$\frac{b}{2} = \frac{Cb.\mu}{r^{1-p}}, \text{ & } \sqrt{\frac{bb}{4} - s^p} = \frac{Sb.\mu}{r^{1-p}}: \text{ atqui } \overline{Cb.\mu}^2 - \overline{Sb.\mu}^2 = rr; \text{ ergo sub-}$$

$$\text{stitutis valoribus } \frac{bb}{4} - \frac{bb}{4} + s^p = \frac{rr}{r^{2-p}}, \text{ sive } s^p = r^{2-p}, \text{ demum } s^{\frac{p}{2}} = r. \text{ Quapro-}$$

$$\text{pter } \frac{b}{2} = Cb. \frac{r}{p} \text{ existente, ex logarithmo, cuius cosinus} = \frac{b}{\frac{p-1}{2}},$$

$$\text{et sinus totu} \overset{2+\alpha}{=} s^{\frac{p}{2}}. \text{ Hujusmodi oritur constructio. Descripta hyperbola equa-} \\ \text{latera, cuius sinus totus, seu semiaxis } AC = s^{\frac{p}{2}}, \text{ absconde } CM = \frac{b}{\frac{p-1}{2}},$$

& excita sinus MN. (Fig. 1.) Ex punctis A, N in asymptotam demitte nor-
males AK, NP. Inter CK, CP inveni tot medias proportionales, quod sunt
unitates in $p-1$, quarum prima sit CG. Ex G duc GE perpendicularem as-
symptoto, tum sinus EB, qui determinat cosinum CB = $\frac{x}{z}$. Si p sit nu-
merus impar, prima ex mediis proportionalibus inter CK, CP unicum tan-
tum valorem habet realem, quare una solum erit aequationis radix realis. Si
vero p sit numerus par, prima ex mediis proportionalibus duos valores reales
habet aequales, unum positivum, alterum negativum, nempe CG, Cg; qua-
re etiam $Cb. \frac{r}{p}$ duos valores aequales habebit, nempe CB, Cb primum pos-
itivum, secundum negativum: igitur etiam $\frac{x}{z}$.

38. Institue alterius casus comparationem, & ex aequationibus

$$\frac{b}{2} + \sqrt{-1} \cdot \sqrt{s^p - \frac{bb}{4}} = \frac{Cc.\mu + \sqrt{-1}.Sc.\mu}{r^{1-p}}$$

$$\frac{b}{2} - \sqrt{-1} \cdot \sqrt{s^p - \frac{bb}{4}} = \frac{Cc.\mu - \sqrt{-1}.Sc.\mu}{r^{1-p}}, \text{ invenies}$$

$$\frac{b}{2} = \frac{Cc.\mu}{r^{1-p}}, \sqrt{s^p - \frac{bb}{4}} = \frac{Sc.\mu}{r^{1-p}}; \text{ atqui } \overline{Cc.\mu}^2 + \overline{Sc.\mu}^2 = rr; \text{ ergo}$$

$$\frac{bb}{4}$$

$\frac{bb}{4} + s^2 - \frac{bb}{4} = \frac{ss}{r^2 - 2s^2}$, sive $s^2 = r^2 p$, aut $s^2 = r$. Itaque $\frac{x}{2} = Cc. \frac{a}{p}$,
 dummmodo sinus totus $= s^{\frac{1}{2}}$, $Cc. s = \frac{b}{\sqrt{p-1}}$. Ex his pleno alveo fuit con-
 structio. Descripto circulo, cuius sinus totus, seu radius CA $= s^{\frac{1}{2}}$, capiatur
 $CM = \frac{b}{\sqrt{p-1}}$, & agatur sinus MN (Fig. 2.), erit AN arcus $= s$. Hic in tot par-
 tes dividatur, quot unitates sunt in p , quarum prima sit AE $= \frac{s}{p}$. Demitta-
 tur sinus EB, cosinus CB $= \frac{x}{2}$. Non unus tantum est arcus AN, cuius co-
 sines est CM, nempe vocata circumferentia circuli $= c$, & arcu AN $= s$,
 omnes arcus s , $c+s$, $2c+s$, $3c+s$ &c., imo & alii
 x , $-c+s$, $-2c+s$, $-3c+s$ &c., qui, ut vides, sunt nu-
 mero infiniti. Hos omnes si dividas in partes p , invenies novos arcus A₂E,
 A₃E &c., quorum cosinus C₂B, C₃B &c. exhibent novos valores radicis
 $\frac{x}{2}$. Ne tamen putas, valores reales $\frac{x}{2}$ esse numero infinitos; tot enim sunt,
 quot unitates existunt in numero p . Nam per divisionem arcuum numero p ,
 inveniuntur puncta numero p . Reliquæ divisiones eadem puncta præbent; qua-
 re $\frac{x}{2}$ tot valores habet, quot insunt in p unitates.

39. In secunda hypothesi, ubi a positiva est, b negativa, mutato signe
 speciei b , hanc formam æquatio induet

$$\frac{x}{2} = \frac{\left(-\frac{b}{2} + \sqrt{\frac{bb}{4} - s^2}\right)^{\frac{1}{p}} + \left(-\frac{b}{2} - \sqrt{\frac{bb}{4} - s^2}\right)^{\frac{1}{p}}}{2}, \text{ quæ comparanda}$$

est cum cosinu logarithmi submultipli, si $\frac{bb}{4} > s^2$; cum cosinu arcus submul-
 tipli, si $\frac{bb}{4} < s^2$. Comparatio præbet eisdem valores, ac hypothesis prima, cum
 hoc tantum discrimine, quod cosinus s provenit negativus, existente sinu pos-
 tivo. Quare in casu $\frac{bb}{4} > s^2$ hujusmodi oritur constructio. Descripta hyperbola
 æquilatera, cuius sinus totus CA $= s^{\frac{1}{2}}$, abscinde $CM = \frac{b}{\sqrt{p-1}}$, quæ, quant-

do negativa inventa est sumitur ad partes cosinuum negativorum. Huic excite-
 tur normalis MN (Fig. 3.), quæ sumitur ad partes sinuum positivorum, quia
 sinus inventus est positivus. Ex N in asymptotum CK demittatur normalis
 NP. Inter CK, CP inveniantur tot media proportionales, quot sunt unitates
 in numero $p-1$, quarum prima sit CG. Normalis asymptoto sit GE, &
 normalis axi EB; cosinus CB, qui negativus est, erit $= \frac{x}{2}$. Quoniam CG

prima est ex mediis proportionalibus inter CK positivam, & CP negativam; non semper realis est, sed aliquando imaginaria. Si p sit numerus impar, inter CK, CP inveniendae erunt mediae proportionales numero pares; atqui inter quantitatem positivam, & negativam numero pares mediae proportionales possibles sunt, & reales, quarum prima semper negativa est; ergo si p sit numerus impar, CG erit realis, & negativa; ergo etiam CB = $\frac{x}{z}$ est realis, & negativa. Veruntamen si p sit numerus par, numero impares mediae proportionales erant inveniendas; atqui inter quantitatem positivam, & negativam, numero impares mediae proportionales non omnes reales sunt, sed prima, tertia, quinta &c. sunt imaginariæ: ergo quum CG prima esse debet, erit imaginaria, adeoque etiam CB = $\frac{x}{z}$. Itaque in primo casu secundæ hypothœsi, si p sit impar, adest una solum radix realis negativa; si p sit par, radices omnes sunt imaginariæ.

40. In secundo casu ejusdem hypothœsi, quum scilicet $\frac{b}{4} < a^{\frac{p}{2}}$, hæc habetur constructione, quæ docet, omnes prorsus radices esse reales. Descriptio circule, cujus sinus totus, seu radius = $a^{\frac{1}{2}}$, absindatur negativus cosinus CM = $\frac{b}{\rho - 1}$, (F. 4.) & excitetur positivus sinus MN. Vocato areu AN = μ , accipiantur arcus μ , $\mu + \pi$, $2\pi - \mu$, &c. tot, quot sunt unitates in p, & facta horum arcuum divisione in partes æquales numero p, determinentur puncta E, $2E$, $3E$ &c. Ab his definiuntur radices æquationis CB, C₂B, C₃B &c. Superfluum est, plures arcus accipere, quia eadem prorsus puncta in divisione redirent.

41. In tertia hypothœsi, ubi b positiva est, & negativa, plures casus necesse est distinguere. Primus casus statuet numerum p imparem. In hoc, mutato signo speciei a, æquatio hanc induet formam

$$\frac{x}{z} = \frac{\frac{b}{2} + \sqrt{\frac{bb}{4} + a^{\frac{p}{2}}}}{\frac{z}{4}} + \frac{\frac{b}{2} - \sqrt{\frac{bb}{4} + a^{\frac{p}{2}}}}{\frac{z}{4}}, \text{ quæ, quum nihil imaginarii}$$

contineat, ad hyperbolam est referenda. Nonnemo primoribus oculis formulam intuens fortasse judicabit, eam comparandam esse cum expressione logarithmi submultipli. Sed si comparationem instaurat, cognoscet statim, finum totum imaginarium oriri. Quod non indicat, constructionem esse impossibilem, sed formulam non per cosinum, sed per finum hyperbolicum esse construendam. Hoc ex eo poteras quoque colligere, quia, si iecus fieret, sinus major esset cosinus, quod in hyperbola omnino impossibile est. Itaque ut formulam referamus ad

$$\text{finum, eam ita disponimus } \frac{x}{z} = \frac{\sqrt{\frac{bb}{4} + a^{\frac{p}{2}}} + \frac{b}{2}}{\frac{z}{4}} - (\sqrt{\frac{bb}{4} + a^{\frac{p}{2}}} - \frac{b}{2}),$$

quæ

quæ comparanda est cum sequenti

$$s b \cdot \frac{r}{P} = \frac{\overline{C b \cdot \mu + s b \cdot \mu}^{\frac{1}{P}} - (\overline{C b \cdot \mu - s b \cdot \mu}^{\frac{1}{P}})}{\frac{1}{2 r^P} - 1} . \text{ Collatio sufficiet æqua-}$$

tiones duas

$$\sqrt{\frac{bb}{4} + a^p} + \frac{b}{z} = \frac{C b \cdot \mu + S b \cdot \mu}{r^{1-p}} \quad \left| \begin{array}{l} \text{ex quibus propter ambiguitatem} \\ \text{signorum provenit} \end{array} \right.$$

$$\sqrt{\frac{bb}{4} + a^p} - \frac{b}{z} = \frac{C b \cdot \mu - S b \cdot \mu}{r^{1-p}}$$

$$\sqrt{\frac{bb}{4} + a^p} = \frac{C b \cdot \mu}{r^{1-p}}, \frac{b}{z} = \frac{S b \cdot \mu}{r^{1-p}}; \text{ atqui } \overline{C b \cdot \mu}^2 - \overline{S b \cdot \mu}^2 = rr; \text{ ergo}$$

$$\frac{bb}{4} + a^p - \frac{bb}{4} = a^p = \frac{r^2}{r^{2-2p}} = r^{2p}; \text{ ergo } a^{\frac{2}{p}} = r. \text{ Describe hyperbolam, cujus} \\ \text{sinus totus } CA = a^{\frac{2}{p}}. \text{ Duc } AK \text{ normalem affymptoto. Accomoda sinus} \\ MN = \frac{b}{\frac{r-1}{2}}, \& demitte in affymptum normalem NP (Fig. 1.). Inter}$$

^{2. a} CK, CP inveni CG primam ex tot mediis proportionalibus, quōt sunt unitates in numero $p-1$. In casu autem p impari, hæc semper realis est, & unica. Ex G fit GE perpendicularis affympto, & ex E ducatur sinus EB, qui erit $= \frac{x}{z}$, nempe radici quæfitz.

42. Quum p est numeros par, admonuimus, mutari formulam aliquantum,

$$\frac{\frac{b}{z} + \sqrt{\frac{bb}{4} - a^p}}{\frac{1}{2}} - \left(\frac{\frac{b}{z} - \sqrt{\frac{bb}{4} - a^p}}{\frac{1}{2}} \right), \text{ quam} \\ \text{constat ad finum esse referendam. In hac vel } \frac{bb}{4} > a^p, \& \text{ formula nihil con-} \\ \text{tingebit imaginarij, atque hic erit tertiz hypothesis casus alter; vel } \frac{bb}{4} < a^p, \& i- \\ \text{maginaria radix formulam afficiet. In secundo casu comparanda est cum formula} \\ \text{finus logarithmi submultipli. Comparatio autem dabit } \frac{b}{z} = \frac{C b \cdot \mu}{r^{1-p}},$$

$$\sqrt{\frac{bb}{4} - a^p} = \frac{S b \cdot \mu}{r^{1-p}}, \& a^{\frac{2}{p}} = r. \text{ Quare constructio parum differt a superiori,}$$

Nam in eadem hyperbola abscinde $CM = \frac{b}{p-1}$, & duc sinus MN , & ex

$\frac{x}{2}$ perpendicularem affymptoto NP . Inter CK , CP determina CG primam ex tot mediis proportionalibus, quot unitates continet $p-1$; tum ordina affymptoto rectam GE , & axi sinus EB , hic æquabit $\frac{x}{2}$ æquationis radicem. Quoniam $p-1$ ponitur numerus impar, duæ erunt primæ mediæ proportionales inter CK , CP æquales quidem, sed altera positiva, altera negativa, nempe GG , Cg , quare duæ etiam radices $= \frac{x}{2}$, nempe EB positiva, & eb negativa.

43. Quum $\frac{bb}{4} < a^p$, & imaginariæ radices apparent, formula elegantia causa ita disponatur

$$\frac{x}{2} = \frac{\frac{b}{2} + \sqrt{-1} \cdot \sqrt{\frac{p}{a} - \frac{bb}{4}}}{2} - \left(\frac{\frac{b}{2} - \sqrt{-1} \cdot \sqrt{\frac{p}{a} - \frac{bb}{4}}}{2} \right)^p. \text{ Ut hæc possit comparari cum expressione sinus arcus submultipli, multiplicetur per } \sqrt{-1}$$

$$\frac{x}{2} \sqrt{-1} = \frac{\sqrt{-1} \cdot \frac{b}{2} + \sqrt{-1} \cdot \sqrt{\frac{p}{a} - \frac{bb}{4}} - \sqrt{-1} \cdot \frac{b}{2} - \sqrt{-1} \cdot \sqrt{\frac{p}{a} - \frac{bb}{4}}}{2}.$$

Si $\sqrt{-1}$ elevetur ad potestatem p paræ, potest exhibere $\pm i$, & $-i$. Dabit $+i$, si p sit ex hac serie 4, 8, 12, 16, 20 &c., hoc est pariter par. Præbebit $-i$, si p sit ex serie 2, 6, 10, 14, 18 &c. Id est impariter par. Ponatur p pariter par, atque hic sit tertia hypothesis casus tertius. In hoc casu $\sqrt{-1}$ elevata ad potestatem p , opportune multiplicata nihil mutat terminos. Fiat collatio cum exorsione sinus arcus submultipli, & invenietur

$$\frac{b}{2} = \frac{Cc.\mu}{r^{1-p}}, \sqrt{\frac{bb}{4} + a^p} = \frac{Sc.\mu}{r^{1-p}}, \text{ & } a^{\frac{1}{p}} = r. \text{ Construcción similis est superiori.}$$

Nam in circulo, cujus sinus totus $= a^{\frac{1}{p}}$, sume cosinum $CM = \frac{b}{p-1}$, & due

$\frac{x}{2}$ sinus MN (Fig. 2.). Arcum AN divide in partes æquales numero p , quantum una sit AE , sinus $BE = \frac{x}{2}$. Radix hæc non est unica, sed tot habentur, quot unitates sunt in numero p . Invenientur autem per divisionem arcuum $\mu, 2\mu, 3\mu, 4\mu, \dots$ &c., ut ex superioribus manifestum est, posito arcu $AN = \mu$.

44. Tertia hypothesis casus quartus, & ultimus ponit, numerum p esse impariter paræ, quo in casu quum $\sqrt{-1}$ elata ad potestatem p præbeat $-i$, for-

formula in hanc mutatur

$$\frac{x}{\sqrt{-1}} = \frac{\left(-\frac{b}{2} - \sqrt{-1} \cdot \sqrt{\frac{p}{a} - \frac{bb}{4}}\right)^{\frac{1}{p}} - \left(-\frac{b}{2} + \sqrt{-1} \cdot \sqrt{\frac{p}{a} - \frac{bb}{4}}\right)^{\frac{1}{p}}}{2}$$

Si hæc conferatur cum expressione sinus arcus submultipli, eisdem determinationes provenient, quæ in casu superiori, cum hoc solum discrimine, quod tam $Cc.m$, quam $Sb.m$ negativus exurget. Quare hæc oritur eastrutio. In circulo, cujus radius $= a^{\frac{1}{p}}$ ad partes cofinuum negativorum abscinde $CM = \frac{b}{p-1}$,

& duc $M \pm N$ (Fig. 4.) ad partem negativorum sinusum. Arcum $Aa \pm N$ divide in partes æquales p , quarum prima sit AE , cuius sinus $EB = \frac{x}{2}$. Re-
liquæ $\frac{x}{2}$ valores invenies per divisionem arcuum $c+s, 2c+s, 3c+s$ &c.,
positu areu $Aa \pm N = \mu$.

45. Quariam, & ultimam hypothesim, in qua non minus s , quam b ne-
gativa est, quia similis priori, breviter expedio. In primo casu supponenda p
numerum imparem, hæc habetur formula

$$\frac{x}{2} = \frac{\sqrt{\frac{bb}{4} + a^p - \frac{b}{2}}^{\frac{1}{p}} - (\sqrt{\frac{bb}{4} + a^p + \frac{b}{2}}^{\frac{1}{p}})}{2}, \text{ quæ collata cum expressio-}\\ \text{ne sinus logarithmi submultipli eisdem determinationes præbet, se in hypothesi}\\ \text{superiore, cum hoc tantum discrimine, quod } Sb.m \text{ evadit negativus. Quare}\\ \text{in eadem hyperbola ad partes sinusum negativorum applicetur } MN = \frac{b}{p-1}:$$

& ducta in assymptotum normali NP (Fig. 5.), inveniatur CG prima ex me-
diis proportionalibus numero $p-1$, quæ, exstante p impari, unica est. Aga-
tur assymptota normalis GE , & sinus EB , qui æquabit quæsitam $\frac{x}{2}$.

46. In secundo casu, quum p est par, & $\frac{bb}{4} > a^p$, hæc formula valet

$$\frac{x}{2} = \frac{\left(-\frac{b}{2} + \sqrt{\frac{b}{4} - a^p}\right)^{\frac{1}{p}} - \left(-\frac{b}{2} - \sqrt{\frac{b}{4} - a^p}\right)^{\frac{1}{p}}}{2}, \text{ quæ præbet eisdem de-}\\ \text{terminationes, sed tam } Cb.m, \text{ quam } Sb.m \text{ evadit negativus. Quare ad pla-}\\ \text{gam cofinuum negativorum accipienda est } CM = \frac{b}{p-1}, \text{ agendus sinus } M \pm N$$

$a.s^{\frac{1}{p}}$

(Fig.

(Fig. 3.) ad partes negativorum, & ducenda normalis asymptoto $\alpha N \approx P$. Inter $C K$ positivam, & $C \approx P$ negativam, invenienda esset prima ex medijs proportionalibus $p = 1$. Verum quum p est numerus par, hæc est imaginaria. Quare in hoc casu radices omnes $\frac{x}{2}$ imaginariae sunt.

47. In tertio casu, ubi $\frac{b^p}{4} < a^p$, & p est numerus pariter par, formula est hujusmodi

$$\frac{x}{2}\sqrt{-1} = \frac{\left(-\frac{b}{2} + \sqrt{-1} \cdot \sqrt{a^p - \frac{b^p}{4}}\right)^{\frac{1}{p}} - \left(-\frac{b}{2} - \sqrt{-1} \cdot \sqrt{a^p - \frac{b^p}{4}}\right)^{\frac{1}{p}}}{2}, \text{ ex qua facta comparatione prodit } Cc. \approx \text{negativus, \& } Sc. \approx \text{positivus. Quare in codem circulo radii } = a^{\frac{1}{p}} \text{ sume negativum cosinum } CM = \frac{b}{p-1}, \text{ \& positivum sinus } MN \text{ (Fig. 4.). Divide arcum } AN = \mu \text{ in partes numero } p, \text{ quorum una sit } AE. \text{ Hujus sinus } EB \text{ æquabit radicem } \frac{x}{2}, \text{ \& similis divisio arcuum } c+\mu, 2c+\mu, 3c+\mu, \text{ \&c. reliqua radices præbebit.}$$

48. In quarto casu, in quo ijdem suppositus p est numerus impariter par, formula hæc obtinetur

$$\frac{x}{2}\sqrt{-1} = \frac{\left(\frac{b}{2} - \sqrt{-1} \cdot \sqrt{a^p - \frac{b^p}{4}}\right)^{\frac{1}{p}} - \left(\frac{b}{2} + \sqrt{-1} \cdot \sqrt{a^p - \frac{b^p}{4}}\right)^{\frac{1}{p}}}{2}. \text{ Si fiet collatio cum expressione sinus arcus submultipli, invenietur } Cc. \approx \text{positivus, at } Sc. \approx \text{negativus. Quare ad partes positivorum cosinum sumptus } CM = \frac{b}{p-1},$$

agatur sinus negativus $M \approx N$ (Fig. 2.). Arcus $A \approx N = \mu$ dividatur in partes æquales p , quarum prima sit AE . Ejus sinus EB exhibet radicem $\frac{x}{2}$. Reliquæ radices (omnes enim sunt reales) invenies per divisionem arcuum $c+\mu, 2c+\mu, 3c+\mu, \text{ \&c. Quamquam hæc methodus resolutionis paucas æquationes complebitur, tamen nulla alia haेलenus latius patet.}$









Fig. 5.





C A P U T Q U A R T U M.

De serierum terminis, ac summis generalibus.

EX illis, quæ sepius antea a nobis de seriebus attacka sunt, quiske cognoscere potest, seriem nihil aliud esse, quam congeriem numerorum, ut quantitatem quarumcumque certo quadam ordine, ac proportione fibi invicem succendentium. Ita numerorum congeries 1, 2, 3, 4, 5, 6, &c., sive 1, 2, 4, 8, 16, 32 &c. dicuntur series, quia prima consonitur ex numeris naturalibus crescentibus in continua arithmeticæ proportioec, altera constat numeris crescentibus in continua proportione geometrica. Quoniam serierum in universa analysi iagens est usus, expedit vel maxime cognoscere, utrum series habeat, & quam habeat summam algebraicam, aut exponentialē. Theorem hanc, quam semper difficulter geometræ judicarunt, penitus abolivit Vincetus Riccatus in Commentario De Seriebus recipiens^{us} summam algebraicam, aus exponentialem. Ex hoc, quæ magis necessaria sunt & utilia, præparabit decerpere; qui plura cupit, commentatorum ipsum consulat.

a. Deinceps species n designabit numerum terminorum seriei. Terminus generalis seriei est functio ipsius n , in qua si pro n successively ponantur numeri Naturales 1, 2, 3, 4, 5, &c. obtinetur singuli seriei termini. Sic series 1, 7, 13, 19, 25, 31, 37 &c. habet terminum generalem $= 6n - 5$, quia si in hac formula collocet successives numeros naturales, invenies singulos seriei terminos. Summam generalis seriei appellamus summonem ipsius n , in qua si pro n ponatur quilibet numerus integer, tot terminorum, quot in hoc numero invenient unitates, summa obtinetur. Ita seriei paullo ante positæ summa generalis $= 3n^2 - 2n$, quia quilibet numero integro pro n substituto, habebis summam tot terminorum, quo sunt in numero illo unitates. Quare septem primorum terminorum summin ut habet, sic $n = 7$, & invenies 133. Somma fariet in infinitum productæ est summa terminorum numero infinitorum, que sene obtinetur, licet non habatur summa generalis. Quando autem generalis cognita est, si ponas $n = \infty$, summam seriei in infinitum potens^{us} obtinebis. Exemplum habebas in serie

$$\frac{1}{1 \cdot 2}, \frac{1}{2 \cdot 3}, \frac{1}{3 \cdot 4}, \frac{1}{4 \cdot 5}, \frac{1}{5 \cdot 6} \text{ &c.}, \text{ cuius terminus generalis } = \frac{1}{n \cdot n + 1}$$

summa autem generalis $\frac{n}{n+1}$. Ut habebas summam seriei in infinitum productæ, sic $n = \infty$, cuius respectu 1 est quantitas minima; ergo summa seriei in infinitum productæ $= \frac{\infty}{\infty} = 1$.

3. In serierum theoria illud maxime præcipuum est, ut ex dato termino generali generali summa inveniatur. Sperandum minime est, problema hoc universaliter solutum iri. Quapropter curandum sedulo est, ut c. nones quidam, quantum fieri potest, late patentes constituantur, per quos ex dato termino generali plurimum serierum summa generalis determinetur. Ad rem hanc præ-

stan-

standam ingentem utilitatem habet, quod consequitur Theorema. In qualibet serie terminus generalis est aequalis summae omnium terminorum usque ad n inclusive, dempta summa omnium terminorum usque ad $n-1$ inclusive. Res est per se evidens. Nam si summa terminorum $n-1$ addas terminum n , obtines summam terminorum n .

4. Ex hoc simplicissimo theoremate, in quo continetur principium idoneum spveniendae summae generali plurimorum serierum, dara alicujus series summa generali faciliter negotio invenies ejusdem terminum generalem. Namque si in formula summae generalis pro n scribas $n-1$, obtines summam terminorum usque ad terminum $n-1$, quam si demas ex summa omnium terminorum usque ad terminum n , nancisceris terminum generalem. Si alicujus series summa generalis sit $= 3n^2 - 2n$, pro n scribe $n-1$, ut habeas $3 \cdot n-1^2 - 2 \cdot n-1 = 3n^2 - 8n + 5$. Hanc deme ex superiori, ut fiat $6n-5$; hic erit series terminus generalis. Voca summam omnium terminorum, usque ad terminum n , S ; eamdem summam usque ad terminum $n-1$, s , quae duæ quantitates S , s sunt eadem functione prima n , altera $n-1$. Voca terminum generalem t , erit $S-s=t$.

5. Hoc quidem adnotandum est sedulo, terminum generalem t esse $= S-s$, si S sit series vera summa. Verum si $t=S-s$, quæ duæ S , s ita sunt affectæ, ut s in prima pro n ponatur $n-1$, oriatur secunda, non proinde sequitur S esse exactam series summam. Fieri enim potest, ut S differat a vera summa per datam aliquam, & constantem quantitatem independentem ab n .

Ita tametsi $\frac{6n-3}{2} = \frac{3n^2-1}{2} - (\frac{3 \cdot n-1}{2}-1)$, tamen series, cuius terminus generalis $= \frac{6n-3}{2}$, non habet pro summa $\frac{3n^2-1}{2}$, quæ minor est vera summa quantitate $\frac{1}{2}$. Ut autem cognolcas, utrum S sit vera summa nec ne, habes criterium patens, ac facile. Pone $n=1$. In hac suppositione si terminus generalis $t=S$, hec exhibet veram summam; si terminus generalis major sit S , harum differentia addenda est S , ut vera summa habeatur; contra si terminus generalis minor sit S , ad exactam summam obtinendam ex S differentia demenda est. Ita in exemplo adducto terminus generalis $\frac{6n-3}{2}$, facta $n=1$, evadit $= \frac{3}{2}$; at $S = \frac{3n^2-1}{2}$ evadit $= 1$; ergo terminus generalis excedit S per $\frac{1}{2}$. Hæc itaque differentia addenda est S , ut exacta summa habeatur, quæ proinde erit $\frac{3n^2-1}{2} + \frac{1}{2} = \frac{3n^2}{2}$.

6. Quæ dicta sunt hactenus clarissime patesciunt, tum ex dato termino generali inveniri posse summam generalem series, quum ejusmodi functione n inveneri potest, ex quâ si detrahatur eadem functione $n-1$, terminus generalis resti-

restituatur. Verum solutio hujus problematis ita ardua est, atque difficilis, ut nulla spes fit eam inveniendi, tamen termini generalis formulæ maxime simplices proponantur. Quapropter in hac rerum difficultate illud consilii capiamus, necesse est, quod in aliis casibus permultis capi solet, ut reliefo inverso problemate ad directum nos convertamus, illoque solito plurimos, eosque late patentes canones statuamus, in quibus summam serierum ex dato termino generali cognoscamus. Nimirum nobis proponamus, oportet, plures formulæ exhibentes summas generales serierum, & ex illis determinemus, quibus conditionibus affecti esse debeant termini generales. Ita cognoscemus, qnam summam habeat series, cujus terminus generalis inventa conditione prædictus est.

7. In hac methodo adhibenda, ea cautio negligenda non est, ut eas formulæ feligamus, quæ esse possunt ex qz summa serierum. Sed criterium paulo ante traditum est exactas summas secernendi ab illis, quæ exactæ esse non possunt. Præterea omittenda non est alia animadverſio, quæ ostendit limites, quibus utilitas hujus methodi continetur. Sumpta qualibet S , si in ea scribatur $n - 1$ pro n , ut fiat s , erit terminus generalis $s - s$. Donec terminus generalis hanc formam tenet, inutilis est methodus. Namque series, cujus terminus generalis est $s - s$, constat duabus seriebus, quarum prima habet pro termino generali S , altera, quæ a prima deducenda est, habet pro termino generali s . Si istæ duæ series formentur, statim apparebit, primum terminum primæ elidere secundum secundæ, secundum primæ elidere tertium secundæ, atque ita deinceps. Quare nihil remanebit, nisi ultimus primæ, a quo deducendus est pri-mus secundæ.

8. Exemplo res videtur declaranda. Si accipiamus summam $S = \frac{n}{2+n}$, posita in bac $n - 1$ pro n fieri $s = \frac{n-1}{1+n}$; ergo terminus generalis $S - s = \frac{n}{2+n} - (\frac{n-1}{1+n})$. Non mutata forma hujus termini generalis, formentur series, nempe A orta ex termino generali $\frac{n}{2+n}$, & B orta ex termino generali $\frac{n-1}{1+n}$, nimirum.

$$(A) \quad \frac{1}{3}, \quad \frac{2}{4}, \quad \frac{3}{5}, \quad \frac{4}{6}, \quad \frac{5}{7} \dots \frac{n-1}{1+n}, \quad \frac{n}{2+n}$$

$$(B) \quad -\frac{0}{2}, \quad -\frac{1}{3}, \quad -\frac{2}{4}, \quad -\frac{3}{5}, \quad -\frac{4}{6} \dots \dots \quad -(\frac{n-1}{1+n}).$$

Quis non videt, harum serierum terminos omnes sese elidere ex contrarietate signorum, præter ultimum A, & primum B. Summa itaque erit $\frac{n}{2+n} - \frac{0}{2}$, sive simplicius $\frac{n}{2+n}$. Quare donec terminus generalis superiorum formam retineat, nihil methodus habet utilitatis.

9. Quamobrem ad utilitatem methodi necesse est, ut terminus generalis $s - s$ per artificia analyeos in aliam omnino formam transmutetur, qua posita series ex termino generali orta non habeat terminos, ut antea, lele elidentes. Quum hoc præstare licet, licet autem scipitime, utilis erit methodus; fatus autem erit negligenda. Si duæ fractiones exempli superioris ad eamdem de-nominationem reducantur, invenies $s - s = \frac{1}{1+n \cdot 2+n}$. Forma hæc nullo

O o labo-

laborat incommodo. Ex hoc autem termino generali series exoritur

$\frac{2}{1 \cdot 3}, \frac{2}{3 \cdot 4}, \frac{2}{4 \cdot 5}, \frac{2}{5 \cdot 6}, \frac{2}{6 \cdot 7}$ &c., cujus summa erit $= \frac{n}{2+n}$. Quare summa seriei in infinitum productæ $= \frac{n}{n} = 1$. Tametsi cautiones adhibendæ utilitatem principii, ac methodi coarctare videantur; tamen infinitum esse seriem numerum, quarum summa generalis hac ratione determinatur, quæ tradituri sumus, clarissime patefacient.

10. Exordiamur a seriebus, quarum summa generalis exprimitur per functionem numeri terminorum $= n$, in cuius divisore eadem n locum non habet. Quoniam criterium illud, quo $N.5$ exposui, aperte me docuit, formulas, quæ continent terminum constantem, & independentem ab n , non posse exhibere veras summas serierum, iecirco has omittens illas duantaxat considerabo, quarum termini omnes continent n , hoc est numerum terminorum. In hac autem investigatione gradatim procedens, inquiram primum, quænam sit series, cujus summam generalem exhibet formula A_n , existente A qualibet quantitate. Quando $S = A_n$, scripta $n - 1$ pro n , erit $s = A_n - A$; igitur $S - s = A$. Ex invento termino generali A , in quem non ingreditur n , quicunque videt, ostendit seriem terminorum æqualem A, A, A, A &c., quorum summam $= A_n$, nemo unus per se non cognoscit.

11. Contemplor deinde series, quarum summa generalis sit $S = A_n + B_n^2$. Pro n colloco $n - 1$, & fit

$A_n - A$

$$s = B_n^2 - 2B_n + B : ergo S - s = -B + 2B_n. \text{ Ex hoc termino generali efformetur series}$$

$A, A, A, A; A, A$ &c.

$B, 3B, 5B, 7B, 9B, 11B$ &c., quam divisi in duas, quarum prima est series terminorum æqualem, altera est series terminorum crescentium secundum progressionem numerorum imparium. Tota autem series est terminorum crescentium in progressione arithmeticæ, in qua singuli termini a subsequentibus deduci exhibent eamdem differentiam $= 2B$. Terminus autem generalis seriei $=$

$A - B + 2Bn$; summa autem $= A_n + B_n^2$. Quod hæc vera sit summa, confitat, quia, posita $n = 1$, in utraque formula termini generalis, & summae eadem oritur quantitas. Quapropter si terminus generalis seriei contineat solam n ad linearem potestatem elevatam, nihil est facilius, quam ejusdem summam exhibere. Nam terminum, quem non multiplicat species n , fac $= A - B$; coefficientes autem n pone $= 2B$, & per duas æquationes determinabis valores A, B , quos si introducas in formulam summae, summam obtinebis. Sit caussa exempli terminus generalis $15 + 3n$. Fac $A - B = 15, 2B = 3$; ergo

$A - \frac{3}{2} = 15$, sive $A = \frac{33}{2}$, & $B = \frac{3}{2}$; ergo seriei summa erit $= \frac{33n + n^2}{2}$.

12. Verum si series dentur, cujus differentiæ primæ constantes sint, ex nostra methodo determinari poterit cum ejus terminus generalis, tum ejus summa. Namque duo primi termini seriei datæ æquentur cum duobus primis terminis serici canonicae, vel termino generali

$-B + 2Bn$ æqualis sit primus datæ secundi

gisi terminus, facta $n=1$; deinde terminus alter, facta $n=2$. Per duas sequentes determinantur valores A, B , quibus habitis non minus summa, quam terminus generalis datæ seriei obtinetur. Ad exemplum propono seriem 3, 7, 11, 15, 19 &c., cuius differentia prima = 4.

$$\begin{array}{l} \text{Pono } 3 = -B + 2A \\ \quad A \\ \quad 7 = -B + 4A \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Prima sequentia dematur ex secunda, \& fit} \\ \quad A \end{array}$$

$4 = 2B$, & $B = 2$; ergo $A = 1$. Si valores istos collocemus in formulæ canonice inveniemus terminum generalem = $-1 + 4n$, summam vero $= n + 2n^2$.

13. Transto ad series, quarum indefinita, & generalis summa sit $S = An + Bn^2 + Cn^3$ in qua formula posito $n=1$ pro n invenio

$$-A + An$$

$$\begin{aligned} s &= +B - 2Bn + Bn^2 \\ &\quad - C + 3Cn - 3Cn^2 + Cn^3. \end{aligned} \quad \begin{array}{l} \text{Si auferatur ab } S, \text{ exurget terminus generalis.} \\ \quad A \end{array}$$

$$S - s = r = -B + 2Bn + C - 3Cn + 3Cn^2 \quad \begin{array}{l} \text{Ex hoc termino generali formetur se-} \\ \text{ries, nempe} \end{array}$$

A, A, A, A, A &c. \quad quæ dñs velut in tres. Prima est ter-
 $B, 2B, 5B, 7B, 14B$ &c. \quad minorum æquilibrium; secunda terminorum
 $C, 7C, 19C, 37C, 61C$ &c. \quad progredientium in ratione arithmetica se-
cundum numeros impares; demum tertia est ejusmodi, cujus secundæ differentiae conitantes sunt = $6C$, quæ proprietas \& series ueritas conveniat necesse est. Ex præmissa ana yli aperium est, qua ratione dato seriei termino generali summa inveniatur. Comparantur enim singuli termini formulæ datae cum singulis formulæ canonice, & tres sequentes formentur, ex quæ ultima definitur

C , ex secunda B , ex prima A . Seriei terminus generalis datus sit = $1 - n + n^2$, qui collatus cum canonico suppeditat tres sequentes $1 = A - B + C$, $-1 = 2B - 3C$, $1 = 3C$; ex ultima habes $C = \frac{1}{3}$, qui substitutus in reliquis dat duas $1 = A - B + \frac{1}{3}$, $-1 = 2B - 1$. Ex hñrum secunda $B = 0$; quare prima fiet $1 = A + \frac{1}{3}$, hñve $A = \frac{1}{3}$. Valores isti substituantur in formula summae, quæ fiet = $\frac{1}{3}n + \frac{1}{3}n^2$.

14. Præterea ex eadem analysi discimus rationem determinandi tum terminum generalem, tum summam seriei, cuius secundæ differentiae conitantes sunt. Nam per collationem trium terminorum determinabuntur A, B, C , quibus cognitis terminus generalis, & summa item cognoscitur. Exemplo unico aperteiam methodum. Sit series 9, 13, 21, 33, 49, 69 &c., cuius differentia secunda = 4. Si conferantur hujus series tres primi termini cum tribus terminis series nostræ canonice, vel cum termino generali politus in ipso pro n succellave 1, 2, 3, orientur tres sequentes, quas primi ordinis dicam. Dematur pri-

ma ex secunda, secunda ex tertia, & orientur duæ, quas, dicam secundi ordinis. Ex his prima auferatur à secunda, & unica provenit æquatio tertii ordinis, per quam determinatur C, cuius valor si introducatur in aliquam secundi ordinis, invenietur B. Ex una autem primi ordinis, introductis valoribus C, B, determinatur A, quibus habitis habentur seriei terminus generalis, & summa. En tibi calculum. Comparatio præbet hujusmodi æquationes

$$\begin{array}{l|l|l|l} \text{Primi ordinis} & \text{Ordinis secundi} & \text{Ordinis tertii} & \text{Quare} \\ 9 = A + B + C & 4 = 2B + 6C & 4 = 6C & C = \frac{2}{3}, \\ 13 = A + 3B + 7C & 8 = 2B + 12C & & \\ 81 = A + 5B + 19C & & & \end{array}$$

qui valor positus in prima ordinis secundi dat $B = 0$. Uterque valor introductus in primam ordinis primi præbet $A = 8 + \frac{1}{3}$. Itaque seriei terminus generalis $= 9 - 2n + 2n^3$; summa vero $= 8 + \frac{1}{3} \cdot n + \frac{2}{3} n^3$.

15. Simili modo si inquiratur series, cuius sit summa $An + Bn^2 + Cn^3 + Dn^4$, invenietur terminus generalis

$$\begin{array}{l|l} \begin{array}{l} A \\ -B + 2Bn \\ +C - 3Cn + 3Cn^2 \\ -D + 4Dn - 6Dn^2 + 4Dn^3 \\ +E - 5En + 10En^2 - 10En^3 + 5En^4 \end{array} & \begin{array}{l} \text{ex quo gignitur series habens tertias differentias constantes. Eamdem methodum, sequens inveniam seriem, cuius summa sit} \\ An + Bn^2 + Cn^3 + Dn^4 + En^5, \text{ habere terminus generalem.} \end{array} \end{array}$$

$$\begin{array}{l|l} \begin{array}{l} A \\ -B + 2Bn \\ +C - 3Cn + 3Cn^2 \\ -D + 4Dn - 6Dn^2 + 4Dn^3 \\ +E - 5En + 10En^2 - 10En^3 + 5En^4 \end{array} & \begin{array}{l} \text{Series autem, quæ ex hoc nas-} \\ \text{scitur, habebit quartas dif-} \\ \text{ferentias constantes.} \end{array} \end{array}$$

16. Ex hoc progressu illud colligas velim, quod ad facilitatem proxim maxime conductit, nimirum setiem, cuius differentiaz $m^{æfima}$ constantes sunt, habere pro termino generali formulam, in qua n ascendit ad potestatem m ; & seriem habentem terminus generalem, in quo n prædicta est exponente m , habere pro summa formulam, quæ continet terminum n^{m+1} , & caret termino, a quo n absit. Hæc animadversio facillimam proxim tibi suppeditat. Data sit series, cuius differentiaz aliquæ constantes sint. Ad inveniendum terminus generalem assume formulam $A + Bn + Cn^2$ &c., cuius ultimus terminus habeat exponentem æqualem gradui constantium differentiarum. Tum facta succellent $n = 1$, $2, 3$ &c. æqua terminum generalem cum primis seriei terminis, ut efformentur tot æquationes, quot sunt assumptæ indeterminatae A, B, C &c. Has determina, & quæsum terminum generalem invenies. Si vero datus sit terminus generalis, ad inveniendum summam assume $An + Bn^2 + Cn^3$ &c., in qua exponentes maximum n unitate supererit exponentem maximum termini generalis. In formulam assumpta scibe $n = 1$ pro n , & formulam quæ nascitur ex assumptione detrahe. Formulæ residuez termini singuli æquentur datæ singulis terminis, & tot æquationes orientur, quot sunt indeterminatae A, B, C &c. Has determina, & quæsum summae poteris.

17. Exem-

17. Exemplo primum declarabo. Data sit series 1, 9, 24, 50, 90, 147, 224, 324 &c., cujus differentiae tertiae constantes sunt. Assumo formulam tertii gradus $A + Bn + Cn^2 + Dn^3$. Facta n successive = 1, 2, 3, 4, influit ex equationem cum primis quatuor seriei terminis, & habebis equationes, quas primi ordinis voco; tum facta deductione superiorum ab inferioribus nascentur equationes secundi, tertii ordinis &c. En calculum.

Primi ordinis

$$\begin{array}{l|l} A + B + C + D = 1 & B + 3C + 7D = 7 \\ A + 2B + 4C + 8D = 9 & B + 5C + 19D = 15 \\ A + 3B + 9C + 27D = 24 & B + 7C + 37D = 26 \\ A + 4B + 16C + 64D = 50 & \end{array}$$

Ordinis tertii

$$\begin{array}{l|l} 2C + 12D = 8 & \text{Ordinis quarti} \\ 2C + 18D = 11 & 6D = 3. \text{ Ex quibus facile colliges} \end{array}$$

$$A = 0, B = \frac{1}{2}, C = 1, D = \frac{1}{2}; \text{ ergo terminus generalis seriei est}$$

$$\frac{1}{2}n + n^2 + \frac{1}{2}n^3.$$

18. Nunc datus sit seriei terminus generalis $\frac{1}{2}n + n^2 + \frac{1}{2}n^3$. Assume tamquam summam $An + Bn^2 + Cn^3 + Dn^4$. In hac pro n scribe n = 1, ut habeas

$$\begin{array}{l|l} -A + An \\ +B - 2Bn + Bn^2 \end{array}$$

$$\begin{array}{l|l} -C + 3Cn - 3Cn^2 + Cn^3 \\ +D - 4Dn + 6Dn^2 - 4Dn^3 + Dn^4 \end{array}$$

Hanc deme ex assumpta, ut habeas terminum generalem

$$\begin{array}{l|l} A \\ -B + 2Bn \\ +C - 3Cn + 3Cn^2 \\ -D + 4Dn - 6Dn^2 + 4Dn^3 \end{array}$$

conferendum cum dato. Collatio autem exhibet equationes quatuor

$$A - B + C - D = 0, 3B - 3C + 4D = \frac{1}{2}, 3C - 6D = 1, 4D = \frac{1}{2}, \text{ ex}$$

$$\text{quibus invenies } D = \frac{1}{8}, C = \frac{7}{12}, B = \frac{7}{8}, A = \frac{5}{12}. \text{ Quare seriei summa}$$

$$= \frac{5n}{12} + \frac{7n^2}{8} + \frac{7n^3}{12} + \frac{n^4}{8}. \text{ Omnia itaque serierum habentium differentias aliquas constantes, quae algebraicæ vocari solent, tum terminus generalis, tum ex termino generali summa determinatur.}$$

19. Progredior ad series, quarum generalis summa exprimitur per fractionem formatam ex speciei n functionibus rationalibus. Ordior ab illis seriebus, quæ in infinitum productæ summam obtinent finitam. Quamobrem necesse est, ut in formula generalis summarum maximum exponentem speciei n idem sit tum in numeratore, tum in denominatore fractionis. Hac conditione servata gradatim procedam, ac primum inquiram, quenam sit series, cujus generalis summa

$$= \frac{Ln}{A + Bn}. \text{ In hac pro n scribe n = 1, ut habeatur terminus generalis } \frac{Ln}{L}$$

$\frac{L_n}{A+B^n} - \frac{L_{n-1}}{A+B^{n-1}}$, sive redactis terminis ad eamdem denominationem
 $\frac{AL}{A+B \cdot n-1 \cdot A+B^n}$.

Si ex hoc termino generali formetur series, ejus summa $= \frac{L_n}{A+B^n}$; quare summa seriei in infinitum productæ fiet $= \frac{L_n}{B^n} = \frac{L}{B}$.

20. In numeratore termini generalis habetur quantitas constans independentis ab n . In denominatore habentur factores duo primi gradus, qui non differunt nisi per hoc, quod in uno B multiplicatur per $n-1$, in altero per n . Itaque si uterque factor consideretur tamquam terminus generalis, uterque exhibet series eamdem, cuius differentia $= B$, sed secunda incipit a secundo termino primæ; Nam series, cuius terminus generalis $= A+B \cdot n-1$, est $A, A+B, A+2B, A+3B$ &c.; series autem termini generalis $A+B^n$ est $A+B, A+2B, A+3B, A+4B$ &c., quæ incipit a prioris termino altero. Quapropter ex termino generali invento hoc oritur series

$$\frac{AL}{A \cdot A+B}, \frac{AL}{A+B \cdot A+2B}, \frac{AL}{A+2B \cdot A+3B} \text{ &c., cuius summa} \\ = \frac{L_n}{A+B^n}, \text{ & posito } n \text{ infinito} = \frac{L}{B}.$$

21. Ad exemplum proponatur series

$\frac{6}{2 \cdot 7}, \frac{6}{7 \cdot 12}, \frac{6}{12 \cdot 17}, \frac{6}{17 \cdot 22}, \frac{6}{22 \cdot 27}$ &c. Si consideres duas series, quæ constituant divitores, nempe $2, 7, 12, 17, 22, 27$ &c. videbis utramque esse series primi ordinis, quia utriusque differentia $= 5$, & alteram incipere a secundo termino primæ. Igitur series proposita pertinet ad nostrum canonem, & habet summam generalem algebraicam. Ejus terminus generalis inveniar eis

$$= \frac{6}{2+5n} = \frac{6}{2+5 \cdot n}. \text{ Ex comparatione autem con-} \\ \text{stat } B=5, A=2. \text{ Ut definitur } L, \text{ adverte } AL=6, \text{ ergo } L=3. \text{ Quare se-} \\ \text{riesi summa generalis} = \frac{3^n}{2+5n}, \text{ & posito } n \text{ infinito} = \frac{3}{5}.$$

22. Transeo ad series, quarum summa fit $\frac{L_n + M_n}{A+B \cdot n-1 \cdot A+B^n}$. In hac si pro n scribatur $n-1$, prodit $\frac{L_{n-1} + M_{n-1}}{A+B \cdot n-2 \cdot A+B \cdot n-1}$. Duæ fra-

ctiones continent ambas divisorem $A+B \cdot n-1$. Quare ut redigantur ad eamdem denominationem, satis est, multiplicare numeratorem primæ per $A+B \cdot n-2$, & numeratorem secundæ per $A+B^n$. His operationibus effectis, detractaque secunda fractione a prima, resultabit terminus generalis.

AL.

$$\begin{aligned} AL &= BLn \\ -AM &= BMn \\ +2AMn \end{aligned}$$

$A+B \cdot n-2 \cdot A+B \cdot n-1 \cdot A+B \cdot n$. In hac formula numeratōr est terminus generalis serieī primi ordinis, dummodo coefficiens speciei n non evanescat; hoc enim evanescente series est quantitatē aequalium. Singuli divisoris factores præbent seriem primi ordinis, imo eamdem sed ita, ut secunda incipiat a secundo termino primæ, tertia a tertio. Itaque perpicuum est, quenam conditiones requiruntur, ut series fractionum recipient summam præfatis formæ.

23. Accipe exemplum in serie

$$\frac{4}{2 \cdot 3 \cdot 4}, \frac{7}{3 \cdot 4 \cdot 5}, \frac{10}{4 \cdot 5 \cdot 6}, \frac{13}{5 \cdot 6 \cdot 7}, \frac{16}{6 \cdot 7 \cdot 8} \text{ &c. Series numeratōrum habet terminū generalem } 1+3n. \text{ Primi factores in divitore constituant seriem eamdem, quam reliqui; sed secundus, & tertius terminus primæ est primus secundus, & tertius. Tertius autem terminus generalis } = 3+n. \text{ Facta collatione cum formula canonica invenies } A=3, B=1. \text{ Præterea } 3L-3M=1, -L-M+6M=3, \text{ ex quibus nascitur } M=\frac{5}{2 \cdot 3}, L=\frac{7}{2 \cdot 3}. \text{ Propositus igitur serieī summa evanescit } = \frac{7n+5n^2}{2 \cdot 3 \cdot 2+3n \cdot 3+n}, \text{ & acceptis terminis numero infinitis } = \frac{5}{6}.$$

24. Si in termino generali numeratōr effet divisibilis per unum ex factoribus extremis, peracta divisione pertineret ad canonem superiorem. Si in denominatore deficiat factor medius, oportet multiplicare tam numeratōrem, quam denominatōrem termini generalis per factorem, qui deficit, ut formula pertineat ad canonem præsentem.

25. Progredior ad series, quārum summa sit

$$\frac{Ln+Mn^2+Nn^3}{A+B \cdot n-2 \cdot A+B \cdot n-1 \cdot A+B \cdot n} \text{ . Ut inveniatur terminus generalis pro } n \text{ scribe in hac } n-1, \text{ ut fiat}$$

$$\begin{aligned} -L &+ Ln \\ +M &- 2Mn + Mn^2 \\ -N &- 3Nn - 3Nn^2 + Nn^3 \end{aligned} \text{ . Ut hæc duas formulæ redigantur ad eamdem denominationem, satis est multiplicare primam per }$$

$$A+B \cdot n-3 \cdot A+B \cdot n-2 \cdot A+B \cdot n-1$$

$$A+B \cdot n-3 = -3B+Bn, \text{ & secundum per } A+Bn. \text{ Facta hujusmodi multiplicatione, & deductione alterius a prima, oritur terminus generalis.}$$

$$\begin{aligned} & AL - 2 \cdot BLn + 3 ANn^2 \\ & - AM + 2 AMn - 3 BNn^2 \\ & + AN - BMn - BMn^2 \\ & \quad - 3 ANn \\ & \quad + BNn \end{aligned}$$

A+B.n - 3 . A+B.n - 2 . A+B.n - 1 . A+B.n. Series, quæ nascitur ex numeratore hujus termini generalis est series secundi ordinis, vel primi, si n^2 habeat coefficiens = 0, vel quantitatum æqualium, si etiam n multiplicetur per coefficiens = 0. Quatuor factores componunt divisorem, quorum singuli sunt termini generales ejusdem series primi ordinis; sed secunda ex his series incipit a secundo termino primæ, tertia a tertio, quarta a quarto.

26. Exemplum præbeat series

$$\frac{1}{4 \cdot 7 \cdot 10 \cdot 13}, \frac{7}{7 \cdot 10 \cdot 13 \cdot 16}, \frac{17}{10 \cdot 13 \cdot 10 \cdot 19}, \frac{31}{13 \cdot 16 \cdot 19 \cdot 22}, \text{ &c. Facile inventies } A = 10, B = 3. \text{ Terminus generalis numeratoris } = -1 + 2n^2. \text{ Quare ut determines } L, M, N, \text{ institue æquationes } 10L - 10M + 10N = -1, -6L + 17M - 27N = 0, -3M + 11N = 2, \text{ ex quibus elicies } L = \frac{-19}{3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 7}, M = \frac{7}{3 \cdot 8}, N = \frac{101}{3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 8}. \text{ Quare series summa generalis erit,}$$

$$\frac{-19}{3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 7} n + \frac{7}{3 \cdot 8} n^2 + \frac{101}{3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 8} n^3, \text{ positaque } n \text{ infinita } = \frac{101}{3 \cdot 5 \cdot 7 \cdot 8} = \frac{101}{22680}.$$

27. Si in termino generali numerator effet divisibilis per unum ex factoribus extremis, casus pertinet ad canonem superiorem; summa enim divisor a duobus tantum factoribus componeretur. Si utsique factor medius defit, divisor præbebit duas series, quarum altera incipit a quarto termino alterius. Si primus tantum ex factoribus mediis desideretur, tres prodibunt series, quarum secunda incipit a tertio, tertia a quarto termino primæ. Demum si defit secundus ex factoribus mediis, secunda series incipit a secundo, tertia a quarto termino primæ. Quum haec contingent, sufficiet, multiplicare numeratorem, & denominatorem termini generalis per illos factores, qui desiderantur, efficiendo ut in divitore quatuor sint factores, qui constituant quatuor series ita, ut secunda a secundo, tertia a tertio, quarta a quarto termino primæ sumat initium. Ad canonem præsentem hoc modo formula reducetur.

28. Progressus, quem adhuc sequitum sumus, aperte docet, quænam conditiones sint, oportet, in termino generali, ut series summat recipiat algebraicam, & in infinitum producta summat habeat finitam. Nimirum denominator debet constare pluribus factoribus, quorum singuli præbeant series arithmeticas, quarum secunda incipiat a secundo termino primæ, tertia a secundo termino secundæ, atque ita deinceps; deinde in numeratore potestas maxima speciei n non debet excedere numerum factorum dempto 2. Si in denominatore aliqui ex factoribus mediis defini, per hos multiplicetur & numerator, & denominator, ut requiritæ conditiones impleantur. Quoties habes terminum generalem hujus formæ

ad

ad inveniendum summam hanc sequere proxim. Confinge formulam, cuius numerator earet termino, qui non continet n , & exponentia maximum n sit æqualis numero factorum termini generalis dempto 1; omnium autem terminorum coefficientes $L, M, N, \&c.$ sint indeterminati; hujus autem formulæ denominator sit idem ac in termino generali dempto primo factori. Summa enim hanc formam habeat, necesse est. In hac formula pro n scribe $n = 1$, tum redactis duabus formulis ad eandem denominationem secundam a prima detrahe. Quæ resultat erit comparanda cum dato termino generali, & per comparationem determinandi coefficientes $L, M, N \&c.$, quorum valores si in supposita formula ponas, habes summam questatam. Quæ dicta sunt, satis superque proxim ostendunt.

29. Supposuimus in formula summæ exponentem maximum speciei n in numeratore æqualem esse numero factorum denominatori, five exponenti maximo ejusdem n . Qod si accidat, ut maximus exponent n sit in numeratore, quam in denominatore, sufficiet ponere coefficientes maximarum dimensionum $= 0$, tum eodem delere in formula termini generalis, ut hic habeatur. In hujus autem numeratore etiam pro hoc casu exponentia maximum speciei n ad minimum duabus unitatibus minor est numero factorum, seu exponente denominatoris. Quare praxis numeri superioris hunc quoque casum felicissime absolvit.

30. Si exponent n in numeratore summæ superer numerum factorum denominatori, tum multiplicatis inter se factoribus, manifestum est, fieri posse divisionem. Hæc peragatur, donec deveniamus ad ejusmodi exponentis n , qui sit æqualis numero factorum. Qod ubi obtinuerimus, ab ulteriori divisione abstineamus. Hac operatione instituta, formula dividetur in duas; alteram integræ, alteram fractam. Primum inveniatur terminus generalis seriei, cuius integra sit summa, in quo termino generali exponentis n erit minor unitate, quam in formula summæ, ut constat ex hoc eodem capite. Deinde inveniatur terminus generalis seriei, cuius fracta formula sit summa. In denominatore augebitur unitate numeros factorum, & in numeratore exponentis n sit hoc numero ita auctio saltet binario minor.

31. Quapropter si datus sit terminus generalis seriei, in cuius numeratore exponentis speciei n vel sit æqualis, vel major numero factorum, multiplicatis inter se factoribus fiat divisio, donec exponentis numeratoris minor sit exponente denominatoris. In duas formulæ, primam integræ, alteram fractam distribuitur terminus generalis. Series effecta ex parte integræ, semper erit summabilis algebraice. Quæ formatur ex fractione summam algebraicam accipiet, si index speciei n in numeratore sit ad minimum binario minor numero factorum, non item si sit unitate minor.

32. Proponamus exemplum. Sit terminus generalis

$$\frac{2 + c - 5 \cdot n^2 + 5n^3 + 5n^4 + n^5}{1 + n \cdot 2 + n \cdot 3 + n}, \text{ in quo tres soli sunt factores divi-}$$

seris, & maximus exponentis n in numeratore $= 5$. Factores multiplicentur, ut habeatur $6 + 11n + 6n^2 + n^3$. Fiat divisio, donec exponentis numeratoris sit minor expo-

$$\text{nente denominatoris, & invenietur } -n + n^2 + \frac{2 + 6n + cn^2}{1 + n \cdot 2 + n \cdot 3 + n}. \text{ Quantum}$$

pertinet ad seriem, cuius terminus generalis $= -n + n^2$, ea algebraicam habet

P p sum-

summam. Quantum ad alteram, cuius terminus generalis $= \frac{z + 6n + cn^3}{1 + n \cdot z + n \cdot 3 + n^3}$,

ea summam algebraicam accipiet, si $c=0$. Si autem non sit $c=0$, quo pacto in summam colligatur, non constat. Eamdem methodum applicare possumus seriebus, quarum summa generalis in denominatore habet factores secundi, tertii, & altioris gradus. Sed quæ tradita sunt, ad rem nostram videntur sufficere. Qui plura cupit cognoscere, ad Riccati commentarium se conferat. Nunc ad series accedo, quærum summa est formula exponentialis multiplicata per integrum algebraicam.

33. Formulam exponentiali illam dicimus, in qua n locum tenet exponentes. Prima, quæ sece offert, est quantitas confians elevata ad potestatem n . Propono itaque inquicendum terminum generalem serici, cuius summa sit $= AK^n - A$. Detraho quantitatem A , quia secus summa vera esse non posset. Posito $n=1$ pro n , efformetur similis formula, quæ est summa terminorum numero $n=1$, quæ si a superiori detrahatur ortitur terminus generalis, nempe

$$A \cdot K^n - A \cdot K^{n-1} = \frac{A \cdot K - 1}{K} \cdot K^n. \text{ Si fiat } n=1, \text{ tam terminus generalis, quam summa evadit } = AK - A; \text{ quod patescit, necessarium fuisse ad obtinendam veram summam demere a termino exponentiali } AK^n \text{ quantitatem } A. \text{ Quisque videt, terminum generalem inventum suppeditare quam'bet seriem geometricam, cuius propterea summa temper inventiri poterit. Si } K \text{ sit major unitate series semper crescit, & termini continuo augmentur, ut facta } n \text{ infinita, } K^n \text{ pariter infinita evadat. Si } K=1, \text{ omnes termini seriei, ejusque summa sit } = 0. \text{ Demum si } K \text{ unitat sit minor, series continuo decrevit ita, ut facta } n \text{ infinita } K^n \text{ evadat infinitesima. Verum in hoc casu formulæ tam termini generalis, quam summa fierent negativæ. Ut politivæ fiant ita disponantur, summa } = A - A \cdot K^n \text{ terminus generalis } = \frac{A \cdot 1 - K}{K} \cdot K^n. \text{ Quoniam autem posita } K < 1, \text{ in hypothesi } n \text{ infinitæ } K^n \text{ evadat infinitesima; summa seriei in infinitum productæ erit } = A.$$

34. Quoniam præponitur terminus generalis, distinguenda est species, quæ afficitur ab exponente n , ab illa, quæ bujusmodi exponentem non habet. Prima fiat $= K^n$, altera $= \frac{A \cdot K - 1}{K}$, vel $= \frac{A \cdot 1 - K}{K}$, prout K est major vel minor unitate; tum determinentur K, A , quibus cognitis habetur summa. Sit exempli causa terminus generalis $\frac{1}{3} \cdot z^n$. Fiat $K=2$, sive $K=1$, qui valor

$$\text{quoniam unitatem superet, assumpta prima formula ponatur } \frac{A \cdot K - 1}{K} = \frac{1}{2} A = \frac{1}{3}; \\ \text{ergo } A = \frac{1}{3}. \text{ Itaque summa erit } = \frac{2}{3} \cdot z^n - \frac{2}{3} = \frac{2}{3} \cdot z^n - 1.$$

35. Quod si in termino generali proposito fuerint duæ, pluresve quantitates simul multiplicatæ, aut divisæ diversis exponentibus affectæ, in quos tamen sola po-

potestas linearis n ingreditur, opportunis analyseos prefidiis ad eumdem exponentem n erunt reducenda; quo effecto omnes, tamquam quantitas una elevata ad potestatem n , erunt consideranda. Ut exemplo rem declarem, sit terminus generalis $\frac{2^{n+r}}{3^{n-1}}$. Hic ita disponendus $2 \cdot 3 \cdot \frac{2^n}{3^n} = 2 \cdot 3 \cdot \left(\frac{2}{3}\right)^n$. Provenit $K = \frac{2}{3}$, qui quem sit minor unitate, docet secundam formulam esse accipendam; ergo $\frac{A \cdot 1 - K}{K} = \frac{1}{2} A = 2 \cdot 3$; Ergo $A = 2^3 \cdot 3$; ergo summa $= 2^3 \cdot 3 - \frac{2^3 \cdot 3 \cdot 2^n}{3^n}$ $= 2^3 \cdot 3 - \frac{2^{n+2}}{3^{n-1}}$. Facta n infinita quantitas $\frac{2^{n+2}}{3^{n-1}}$, evadit infinitesima, & seriei summa $= 2^3 \cdot 3 = 12$.

36. Neque diversa est methodus, ubi exponens n multiplicetur per quantitatem constantem. Sit in exemplum terminus generalis $\frac{3^{n+1}}{3^{n-2}}$. Hic erit disponendum in hunc modum $3 \cdot 2^3 \cdot \frac{3^{n+1}}{3^{n-2}} = 3 \cdot 2^3 \left(\frac{3}{2}\right)^n$. Quare $K = \frac{3}{2}$, & $\frac{A \cdot K - 1}{K} = A \cdot \frac{\frac{3}{2} - 1}{\frac{3}{2}} = 3 \cdot 2^3$, sive $A = \frac{3^4 \cdot 2^3}{3^3 - 2^3}$. Igitur seriei summa erit $= \frac{3^4 \cdot 2^3 \cdot 3^{n+1}}{3^3 - 2^3 \cdot 3^{n-2}} - \frac{3^4 \cdot 2^3}{3^3 - 2^3} = \frac{3^{n+4}}{3^3 - 2^3} - \frac{3^4 \cdot 2^3}{3^3 - 2^3}$. Hac, quæ admodum facilitia fuit, majoris explicatio non egerit.

37. Quod si data sit series geometrica, inspicere primum, utrum sit crescens, vel decrecens; si crescent fit, adhibenda est prima formula, si decrecens altera. Terminum generalem, facta $n=1$, æqua primo seriei termino, tum facta $n=2$, æqua secundo; alteram æquationem per primam divide, & invenies valorem K , qui positus in æquatione prima præbebit valorem A . Per duos hosce valores prodit non minus summa, quam terminus generalis. Ad exemplum sit series $3, 5, 8 \frac{1}{3}, 13 \frac{8}{9}$ &c. Quoniam hæc est series crescens, adhibeatur formula prima termini generalis $\frac{A \cdot K - 1}{K}$. K . Posito successive $n=1$, & influe cum primis duobus terminis æquationem

$\frac{A \cdot K - 1}{K} = 3$. Divide secundam per primam, & provenit $K = \frac{5}{3}$; qui positus in prima dat $A \cdot \frac{5}{3} = 3$, sive $A = \frac{3}{2}$. Itaque terminus generalis in-

$$\text{venietur } = \frac{3}{2} \cdot \frac{\frac{5}{3} - 1}{\frac{5}{3}} \cdot \frac{\frac{5}{3} - \frac{n-1}{n-2}}{\frac{5}{3}} = \frac{3}{2} \cdot \frac{\frac{n}{3}}{\frac{n-1}{n-2}}. \text{ Summa vero } = \frac{3}{2} \cdot \frac{\frac{n}{3}}{\frac{n}{3}} - 1 \\ = \frac{\frac{n}{3} - 3}{n-2}.$$

38. Progedior ad series, quarum summa sit $\overline{A+Bn \cdot K^n - A}$. Si in hac pro n scribatur $n-1$, novaque, quæ oritur formula, a priori deducatur, proveniet terminus generalis $\frac{A \cdot K - 1 + B + Bn \cdot K - 1 \cdot K^n}{K}$. Signa omnia mutanda sunt tam in summa, quam in termino generali, si K minor sit unitate ad evitandas quantitates negativas. Similiter series, cujus summa

$$= A + Bn + Cn^2 \cdot K^n - A, \text{ habebit terminum generalem}$$

$$AK + BKn + CKn^2$$

$$\left(\begin{array}{l} -A \\ +B - Bn \\ -C + 1 Cn - Cn^2 \end{array} \right) \cdot K^n. \text{ Formulae istæ valent, si } K \text{ superet unitatem.}$$

Si K minor sit unitate, in utraque signa mutentur. Ex hoc progressu liquido constat seriem, cujus summa exprimatur per formulam algebraicam ductam in exponentialem, a qua demur terminus constans, habere pro termino generali formulam algebraicam ejusdem gradus ductam in exponentialem esamdem.

39. Quare ad inveniendam summam seriei, cujus terminus generalis sit formula algebraica ducta in exponentialem, efforma tibi formulam coefficientium indeterminatorum $A + Bn + Cn^2$ &c. ejusdem gradus, quam multiplicata per quantitatatem exponentialem, tum deme A . Hanc suppone summam. Pone in ea $n-1$ pro n , novamque formulam deme a priori. Hujus comparatio cum dato termino generali determinabit coefficientes, & qualitatem summam sufficiet. Afficienda sunt omnia signis contrariis, si exponentialis sit unitate minor. Praxis nō, aut altero exemplo illustranda est.

40. Sit terminus generalis $1 + n + n^2 \cdot z^n$. Pono summam esse

$A + Bn + Cn^2 \cdot z^n - A$. Si in hac $n-1$ pro n scribatur, deinde formula orta a superiori subducatur, fiet

$$\left(\begin{array}{l} -A \\ +B - Bn \\ C + 1 Cn - Cn^2 \end{array} \right) \cdot z^n. \text{ Facta comparatione habeo } A - \frac{A + B - C}{z} = 1, \\ B - \frac{B + 1 C}{z} = 1, C - \frac{C}{z} = 1. \text{ Ex quibus prodeunt valores } C = 1, B = -1,$$

$A = 6$; ergo summa erit $= 6 - 2n + 2n^{\frac{1}{2}} \cdot 2^n - 6$. Aliud exemplum prebeat terminus generalis $\frac{1}{3} + \frac{1}{2} n + n^{\frac{1}{2}} \cdot \frac{1}{2}$. Quoniam exponentialia minor est unitate, ita formo summam $A = (A + Bn + Cn^{\frac{1}{2}}) \cdot \frac{1}{2^n}$. Ab hac si derahatur

formula, quæ nascitur posita $n = 1$ pro n , invenietur terminus generalis

$$\begin{aligned} & - A - Bn - Cn^{\frac{1}{2}} \\ & + 2A + 2Bn + 2Cn^{\frac{3}{2}} \cdot \frac{1}{2} \\ & - 2B - 4Cn \quad \frac{1}{2} \\ & + 2C \end{aligned} \quad \left| \begin{array}{l} \text{Conferatur hic cum dato, ut habcas aequationes} \\ \text{et} \\ \text{et} \end{array} \right.$$

$$A - 2B + 2C = \frac{1}{3}, \quad B - 4C = \frac{1}{2}, \quad C = 1, \quad \text{quæ dabunt } B = \frac{9}{2}, \quad A = \frac{23}{3};$$

Ergo serier quæsita summa erit $= \frac{\frac{23}{3}}{3} - \frac{1}{2} \cdot \frac{\frac{23}{3} + 9 \cdot \frac{1}{2} + 1}{2}$, & serie in infinitum producta $= \frac{\frac{23}{3}}{3}$. Series hujusmodi solent vocari algebraico-geometricæ, quia si series algebraicæ termini omnes multiplicentur per singulos terminos series geometricæ, series hujusmodi exquiruntur.

41. Si efformetur series addendo, vel detrahendo series vel geometricas, vel algebraico-geometricas, manifestum est, ejus summam esse in potestate. Nam singularium serierum, quæ addendæ, vel subtrahendæ sunt, ex termino generali summa per methodum traditam invenietur. Quare sicuti generat serier terminus generalis coalescit ex serierum generalium terminis generalibus simul additis, vel detraheatis, ita etiam summa, quæ prouidebat immotet. Verum difficile nammodum est cognoscere, utram series aliqua, quæ proponitur formari possit per additionem, aut subtractionem serierum geometricarum, aut algebraico-geometricarum. Quamobrem operæ erit par-facere, quoniam sint series, quæ hac ratione formari possint. Ajo itaque series omnes, quæ recurrentes dicuntur, eti hujus generis. Series recurrentes vocantur illæ, in quibus terminus quilibet determinatur per aliquot ex antecedentibus multiplicatis per datas constantes. Si dato termino uno antecedente definitur sub-equaens, dicitur series recurrentis primi ordinis; si requiruntur duo, tres, aut quartu termini antecedentes ad inveniendum sequentem dicuntur secundi, tertii, aut quarti ordinis, atque ita deinceps. Ita series 1, 1, 3, 7, 17, 41, 99, 229 &c. est recurrentis secundi ordinis, quia sumptus duobus primis terminis ad arbitrium, quilibet æqualis est duobus antecedentibus ductis ordinatum in 1, 1. Series vero

0, 0, 1, 1, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{3}{4}$, $\frac{3}{4}$, $\frac{3}{16}$, $\frac{3}{16}$, $\frac{3}{32}$, $\frac{5}{64}$ &c. est recurrentis tertii ordinis, quia quilibet terminus efformatur a tribus antecedentibus multiplicatis ordinatione per datas $\frac{1}{4}$, $\frac{-1}{2}$, 1. Primi autem tres termini sumuntur ad libitum.

42. Ad demonstrandum, series has omnes componi posse per additionem, & sub-

subtractionem serierum geometricarum, aut algebraico-geometricarum, gradatim procedo, & considero primum terminum generalem maxime simplicem nempe AK^3 , ex quo nascitur series AK , AK^2 , AK^3 , AK^4 &c., quæ nihil aliud est, quam series geometrica. Nemo unus non videt seriem hanc esse recurrentem primi ordinis; nam quilibet terminus multiplicatus per K sequentem in�editat. Quapropter si quantitas hæc, que in singulos terminos ducit, dat terminos sequentes, vocetur $=s$, erit $K=s$, atque adeo K nihil erit aliud, quam radix hujus æquationes $x-s=0$. Itaque data s propositæ seriei invenietur terminus generalis, si Ax , sive AK æqueatur primo seriei termino, & per hanc æquationem determinetur A . Exemplum præbeat series recurrentis primi ordini 6, 4, 2 $\frac{2}{3}$, 1 $\frac{7}{9}$, $\frac{3}{27}$, $\frac{64}{81}$ &c., quæ, posito primo termino 6 efformatur, si singuli termini multiplicentur per $\frac{2}{3}$. Igitur terminus generalis seriei habet hanc formam $A \cdot (\frac{2}{3})^n$, & enim $s=\frac{2}{3}K=\frac{2}{3}$. Ad inveniendam A , ponit $n=1$ institue æquationem cum primo termino seriei, & habebis $\frac{2A}{3}=6$, seu $A=9$ ergo seriei terminus generalis $=9 \cdot (\frac{2}{3})^n=\frac{2^n}{3^{n-1}}$.

43. Transeo ad terminum generalem AK^n+BH^n , ex quo oritur series AK , AK^2 , AK^3 &c. quæ constat ex duabus seriebus geometricis simul sumptis. BH , BH^2 , BH^3 &c. quæ constat ex duabus seriebus geometricis simul sumptis. Ajo, hanc seriem recurrentem secundi ordinis, cujus terminus quilibet ex duobus antecedentibus determinatur. Multiplicandi autem sunt secundus, id est qui proprior est termino quæsito, per $K+H$, primus per $-KH$. Ut de hac veritate certus fias, satis erit multiplicare $AK^{n-1}+BH^{n-1}$ per $K+H$, & $AK^{n-1}+BH^{n-1}$ per $-KH$; accepta enim summa oritur AK^n+BH^n , qui est terminus subsequens. Quæ quantitas in formatione seriei multiplicat secundum ex duobus terminis requisitis vocetur $=s$, quæ multiplicat primum $=r$, erit $s=K+H$, $r=-KH$: ergo $sr=K^2+2KH+H^2$, additoque primæ partí æquationis $4s$, secunde $-4KH$, fieri $sr+4s=K^2+2KH+H^2$, extracta que radice $\sqrt{sr+4s}=K-H$. Hinc ex ambiguitate signorum oriuntur $\frac{s+r+\sqrt{sr+4s}}{2}=K$, $\frac{s-\sqrt{sr+4s}}{2}=H$. Valores K, H nihil aliud sunt, quam radices hujus æquationis $xx-rx-s=0$, ut resolutio patefaciet. Sed ne opus est quidem resolutione. Nam ex natura æquationis secundi gradus constat, illas esse radices, quæ simul sumpta æquant coefficiens secundi termini signo mutato, & simul multiplicataz præbent tertium terminum; hæc proprietates vero intut in quantitatibus K, H ; nam debet esse $K+H=s$, $KH=r$; ergo K, H sunt radices æquationis $xx-rx-s=0$. Determinatis K, H , ad determinandas A, B , satis est ponere $AK+BH$ æqualem primo seriei termino, & AK^2+BH^2 æqualem

lem secundo; atque aequationes duæ valores duarum A, B suppeditabunt.

44. Ad exemplum sit $s = -1$, $s = 3$, & primi seriei termini sint $3, 1$, ut nascatur series recurrent secundi ordinis $3, 2, 3, 7, 18, 47, \dots$ &c. Ex m^{odo} tradita invenies $K = \frac{3+\sqrt{5}}{2}$, $H = \frac{3-\sqrt{5}}{2}$, quæ sunt radiees aequationis $x^2 - 3x + 1 = 0$. Ad inveniendas A, B fit

$$A \cdot \frac{3+\sqrt{5}}{2} + B \cdot \frac{3-\sqrt{5}}{2} = 3, A \cdot \frac{9+6\sqrt{5}+5}{4} + B \cdot \frac{9-6\sqrt{5}+5}{4} = 1,$$

ve $A \cdot \frac{7+3\sqrt{5}}{2} + B \cdot \frac{7-3\sqrt{5}}{2} = 1$. Hanc deme ex prima multiplicata per 3 , ut habeat $A+B=7$, qui positus in prima exhibet $\frac{3}{2} \cdot 7 + \frac{1}{2}\sqrt{5} \cdot A-B=3$;

ergo $A-B = \frac{-15}{\sqrt{5}} = -3\sqrt{5}$. Igitur ex ambiguitate signorum $A = \frac{7-3\sqrt{5}}{2}$,

$B = \frac{7+3\sqrt{5}}{2}$. Quare terminus generalis seriei erit

$$\frac{9-3\sqrt{5}}{2} \cdot \frac{\frac{7+3\sqrt{5}}{2}^n}{2} + \frac{7+3\sqrt{5}}{2} \cdot \frac{\frac{7-3\sqrt{5}}{2}^n}{2}.$$

45. Methodus hæc semper valet unico caso excepto, quum $4s = -st$, quo in calo æquales sunt K, H , & aequatio $x^2 - sx - s = 0$ prædicta est duabus radicibus æqualibus. Nam numquam poteris determinare valores A, B , sed methodum lequens incidet in aequationem aut idemtricam, aut absurdam. Causa exempli sit $s = 3$, $s = -\frac{9}{4}$, & primi termini seriei $1, 1$, ut nascatur series:

$1, 1, \frac{3}{4}, 0, \frac{-27}{16}, \frac{-81}{16}$ &c. In hac invenies $K = H = \frac{3}{2}$. Quare si series reciparet terminos generalem hujus formæ, hic esset

$A \cdot \left(\frac{3}{2}\right)^n + B \cdot \left(\frac{3}{2}\right)^n = \overline{A+B} \cdot \left(\frac{3}{2}\right)^n$, quem facta $n=1$, æqualem ponere primo termino seriei, & facta $n=2$, æqualem ponere secundo, ut sit

$\frac{3}{2} \cdot \overline{A+B} = 1, \frac{9}{4} \cdot \overline{A+B} = 1$, ex quibus provenit $\frac{2}{3} = \frac{4}{9}$, seu $1 = \frac{2}{3}$, quod est absurdum. Itaque quum invenitur $K = H$, vel quum aequatio $x^2 - sx - s = 0$ habet duas radices æquales, seriei terminus generalis nondum inventus est. Sed calum hunc paulo infra evolvam diligenter.

46. Si terminus generalis esset $AK^n + BH^n + CI^n$, ajo ensci' seriem, quæ formabitur, si tres termini antecedentes multiplicentur per $K + H + I$, $-KH - KI - HI$, KHI , facto initio ab ultimo, qui propior est termino requisito. Hoc clare apparet, si multiplices

$$AK^{n-1} + BH^{n-1} + CI^{n-1} \text{ per } K + H + I$$

$$AK^{n-2} + BH^{n-2} + CI^{n-2} \text{ per } -KH - KI - HI$$

AK

$AK''^3 + BH''^3 + CI''^3$ per KHI , proveniet enim $AK'' + BH'' + CI''$.

Similiter si termino generali addatur quartus terminus DL'' , series producetur multiplicando ordinatim quatuor terminos antecedentes, factio initio ab ultimo, per $K + H + I + L$

$- KH - KI - KL - HI - HL - IL$

$KHI + KHL + HIL$

$- KHIL$. Hoc codem modo demonstratur ac in easu superiori. Idem inveneries, ac demonstrabis, si terminus generalis constet quinque, sex, aut pluribus terminis ejusdem formae simul additis. Hinc canon cœcumenicus efformatur. Quazlibet series, cuius terminus generalis constat pluribus terminis simul sumptis hujus formæ AK'' , producitur, quum tot seriei termini antecedentes, quoqua est numerus terminorum in termino generali, multiplicantur ordinatim factio initio ab ultimo per

summam omnium K

producta carumdem ex binis negative sumpta

producta ex ternis

producta ex quaternis accepta negative, atque ita deinceps in reliquis. Qui canon aperte docet, omnes series, quibus est terminus generalis præsentis formæ, ad recurrentes pertinere.

47. Reliquum est, ut videamus, quomodo data lege seriei recurrentis, quæ oritur multiplicando aliquot terminos antecedentes, factio initio ab ultimo, per $s, s, r, q, p \&c.$ inveniendus sit ejus terminus generalis. Manifestum est fore $K + \&c. = s, - KH - \&c. = s, KHI + \&c. = r, - KHIL - \&c. = q, KHLIM + \&c. = p$, atque ita deinceps. His positis adverto æquationem

$$x'' - Kx''^{m-1} + Khx''^{m-2} - KHIx''^{m-3} + KHLIx''^{m-4} \&c. = 0 \\ - \&c. + \&c. - \&c. + \&c.$$

habere pro radicibus K &c. Itaque substitutis valoribus fiet æquatio

$$x'' - sx''^{m-1} - sx''^{m-2} - rx''^{m-3} - qx''^{m-4} - px''^{m-5} \&c. = 0, \text{ cuius radices præbebunt quantitates } K, H \&c., \text{ quas requiro. In supra posita æquatione exponens } m \text{ qualis sit oportet numero terminorum antecedentium, qui ad formandam seriem necessarii sunt, sive numero quantitatum } s, s, r \&c. \text{ Inventis}$$

æquationis radicibus terminus generalis hanc formam habebit $AK'' + BH'' \&c.$ Ad determinandos valores $A, B \&c.$, primis seriei terminis numero m fac æqualem terminum generalem, posita in ipso successive $n=1, n=2 \&c.$: atque ex formatis æquationibus quæsitos valores defines.

48. Methodus hæc, tametsi maxime generalis, nos deserit, quotiescumque in æquatione $x'' - sx''^{m-1} \&c. = 0$, inveniantur duæ, aut plures radices æquales, quia valores $A, B \&c.$ determinari non possunt. Verum quo pacto in hoc tamen inveniendus sit terminus generalis, paullo infra declarabo.

49. Ut omnis theoria exemplo fiat clarior, quadratur terminus generalis seriei $0, 0, 1, 1, \frac{5}{4}, \frac{5}{4}, \frac{21}{16}, \frac{21}{64}, \frac{85}{64}, \frac{85}{256} \&c.$, quæ sumptis tribus terminis primis $0, 0, 1$ formatur, si tres termini antecedentes, factio initio ab ultimo, multiplicentur per $1, \frac{1}{4}, \frac{-1}{4}$. Quare æquatio præbens radices K, H, I erit

erit $x^3 - x^2 - \frac{1}{4}x + \frac{1}{4} = 0$. Hujus radices sunt $1, \frac{1}{2}, \frac{-1}{2}$; ergo series terminus

generalis hanc formam habebit $A \cdot x^n + B \cdot \frac{x^2}{2} + C \cdot \frac{(-x)^n}{2}$. Ut determinentur

A, B, C , posito successively $n=1, 2, 3$, inserviantur aequationes cum primis tribus series terminis, $A + \frac{B}{2} - \frac{C}{2} = 0$, $A + \frac{B}{4} + \frac{C}{4} = 0$, $A + \frac{B}{8} - \frac{C}{8} = 1$.

Dematur prima ex secunda, & tertia; & orientur duae $-\frac{B}{4} + \frac{3C}{4} = 0$,
 $-\frac{3B}{8} + \frac{3C}{8} = 1$, sive $-B + 3C = 0$, $-3B + 3C = 8$. Dematur prima
multiplicata per 3 a secunda, & fieri $-6C = 8$, sive $C = -\frac{4}{3}$, ex quo pro-
venit $B = -4$, & $A = \frac{4}{3}$; igitur terminus generalis quæstus invenietur

$$\frac{4}{3} - \frac{4}{2} - \frac{4}{3} \cdot \frac{(-1)^n}{2} = \frac{4}{3} - \frac{1}{2^{n-2}} - \frac{(-1)^n}{3 \cdot 2}.$$

50. Consideravi hæc tenus series geometricas, & definivi, quenam series re-
currentes formantur ex earum collectione. Transtro modo ad series algebraico-
geometricas, & primum contemplor terminum generalem $\overline{A+Bn \cdot K^n}$, ex quo
hujusmodi formatur series $\overline{A+B \cdot K}$, $\overline{A+2B \cdot K^2}$, $\overline{A+3B \cdot K^3}$, $\overline{A+4B \cdot K^4}$
&c. Ajo seriem hanc produci, si multiplicentur duo termini antecedentes, utili-
mus per zK , precedens per $-K^2$. Hoc demonstrabis multiplicando $A+B \cdot n-1 \cdot K^{n-1}$
per zK , tum $A+B \cdot n-1 \cdot K^{n-2}$ per $-K^2$; productum enim fieri $\overline{A+Bn \cdot K^n}$.
Si vocemus $zK = s$, $-KK = t$, manifestum est, fore $zs = -st$, & aequationem
 $xx - sx - s = 0$ habere duas radices æquales. Hoc est casus illic, qui,
ut paullo ante diximus, non recipit terminum generalem hujus formæ $AK^n + BH^n$.
Verum in præsentia constat, quam formam habere debeat. Erit autem $K = \frac{s}{2}$,
sive radix aequationis $xx - sx - s = 0$ prædictæ duabus radieibus æqualibus.
Cetera peragantur ut supra.

51. Ad exemplum profero in medium seriem 0, 1, 4, 12, 32, 120, 432
&c., quæ sumptis primis terminis 0, 1, formatur, si duo termini antecedentes
multiplicentur, ultimus per 4, primus per -4 . Quoniam $s = 4$, $t = -4$,
invenietur $zs = -st$, seu aequatio $xx - sx - s = 0$ prædicta erit duabus radi-
cibus æqualibus. Invenietur autem $K = 2$. Quare terminus generalis hanc for-
mam habet $\overline{A+Bn \cdot z^n}$. Facta successively $n=1, 2$, inserviantur aequacio-
nes cum primis series terminis, & fieri $zA + zB = 0$, $4A + 8B = 1$. Ex
his prima multiplicata primum per 2, deinde per 4, dematur ex secunda, &
fiant $4B = 1$, $-4A = 1$, ergo $B = \frac{1}{4}$, $A = -\frac{1}{4}$; igitur terminus gene-
ralis fit $-\frac{1}{4} + \frac{n}{4} \cdot z^n = -\frac{1}{4} \cdot 2^{n-2}$.

Qq

51.

52. Si terminus generalis fuerit $A + Bn + Cn^2 \cdot K^m$, series, quæ ex ipso nascitur, erit recurrentis ordinis tertij, quæ producetur, si tres termini antecedentes multiplicentur, incipiendo ab ultimo, per $3K, -2K^2, K^3$. Similiter series, cui convenit terminus generalis $A + Bn + Cn^2 + Dn^3 \cdot K^m$, est recurrentis quarti ordinis, & formatur, si quatuor termini antecedentes, factio initio ab ultimo, multiplicentur per $4K, -6K^2, 4K^3, -K^4$. Hinc canon. cœcumnicus fanciatur. Si terminus generalis exprimatur a formula.

$A + Bn + Cn^2 + Dn^3 + \dots + K^m$, in qua termini, ex quibus, coalescit quantitas algebraica multiplicans K^m , sit numero m , & maximum exponentis $n = m - 1$; ajo, seriem recurrentem, quæ ex eo nascitur, obtineri, si multiplicentur termini antecedentes, ultimus per mK , qui hunc præcedit, per $\frac{m \cdot m - 1}{2} K^2$, qui prædit per $\frac{m \cdot m - 1 \cdot m - 2}{2 \cdot 3} K^3$, alias per $\frac{m \cdot m - 1 \cdot m - 2 \cdot m - 3}{2 \cdot 3 \cdot 4} K^4$, atque ita deinceps.

53. Si æquationem constituam

$$x^m - mKx^{m-1} - \frac{m \cdot m - 1}{2} K^2 x^{m-2} - \frac{m \cdot m - 1 \cdot m - 2}{2 \cdot 3} K^3 x^{m-3} + \dots = 0,$$

perspicuum est, in ea tot esse radices æquales K , quot. unitates insunt in exponente m . Jam vero quantitates, quæ debent multiplicare terminos antecedentes, incipiendo ab ultimo, sint s, s, r, p &c. Fiet $mK = s$,

$$\frac{m \cdot m - 1}{2} K^2 = s, \quad \frac{m \cdot m - 1 \cdot m - 2}{2 \cdot 3} K^3 = r, \quad \frac{m \cdot m - 1 \cdot m - 2 \cdot m - 3}{2 \cdot 3 \cdot 4} K^4 = p$$

&c. Qui valores in flatata æquatione præbent

$x^m - s x^{m-1} - s x^{m-2} - r x^{m-3} - p x^{m-4} + \dots = 0$, quæ eadem est cum illa, quam supra etiam invenimus. Itaque quotiescumque æquatio hæc prædicta erit radicibus æqualibus, terminus generalis præsentem formam habebit, & quantitates A, B &c. eadem methodo detegentur.

54. Exemplum desumamus a serie o, o, o, 1, 2, $2\frac{1}{2}$, $2\frac{3}{4}$, $1\frac{3}{16}$, $1\frac{3}{4}$ &c., quæ sumptis ad arbitrium quatuor primis terminis, nascitur, si quatuor termini antecedentes multiplicentur, incipiendo ab ultimo, per $2, -\frac{3}{2}, \frac{1}{2}, -\frac{1}{16}$. Efformetur æquatio $x^4 - 2x^3 + \frac{3}{2}x^2 - \frac{1}{2}x + \frac{1}{16} = 0$. Hæc habet quatuor radices omnes $= \frac{1}{2}$: ergo seriæ terminus generalis hanc formam accipit

$$A + Bn + Cn^2 + Dn^3 + \frac{1}{n}. \quad \text{Ut determinentur valores } A, B \text{ &c., ponatur in termino generali successive } n = 1, 2, 3, 4, \text{ & constituantur æquationes cum quatuor primis seriæ terminis, quæ erunt hujusmodi}$$

$A + B$

$$\overline{A+B+C+D} \cdot \frac{1}{3} = 0 \quad A+B+C+D = 0$$

$$\overline{A+2B+4C+8D} \cdot \frac{1}{4} = 0 \quad \text{five} \quad A+2B+4C+8D = 0$$

$$\overline{A+3B+9C+27D} \cdot \frac{1}{8} = 0 \quad A+3B+9C+27D = 0$$

$$\overline{A+4B+16C+64D} \cdot \frac{1}{16} = 0 \quad A+4B+16C+64D = 16$$

Dematur prima ex secunda, secunda ex tertia, tertia ex quarta, & tres æquationes hæc orientur

$$B+3C+7D = 0 \quad \text{factaque simili} \quad 2C+12D = 0$$

$$B+5C+19D = 0 \quad \text{subtractione} \quad 2C+18D = 16$$

$$B+7C+37D = 16$$

& deducta prima ex altera $6D = 16$. Quare hujusmodi inveniantur valores

$$D = \frac{8}{3}, C = -16, B = \frac{88}{3}, A = -16; \text{ igitur terminus generalis est huc}$$

$$\text{hujusmodi } (-16 + \frac{88}{3}n - 16n^2 + \frac{8}{3}n^3 \cdot \frac{1}{6}).$$

55. Quod si spectetur terminus generalis tamquam coalescens ex pluribus terminis, quorum alij spectent ad præsentem formam, alij ad superiorem, invenientur exdem prolixi æquatio, quæ prædicta erit radicibus partim æquilibus, partim inæqualibus. Quare terminus generalis coalesceret ex aggregato formula- rum, quarum aliz exhibent series geometricas, aliz algebraico-geometricas. Methodus ex superioribus satis aperta est. Attamea exemplum ad eam illustran- dam proponamus. Sit series 0, 3, -2, 23, -14, 87, -90, 303 &c., quæ componitur multiplicando quinque terminos antecedentes, incipiendo ab ulti- mo, per 0, 4, -2, -3, 2. Ut inveniatur terminus generalis, necesse est radices habeantur hujus æquationis $x^5 - 4x^3 + 2x^2 + 3x - 2 = 0$. Radices autem sunt hæc $x = 1, x = i, x = -i, x = -2$, quarum tres æ- quales sunt, inæquales duæ. Itaque terminus generalis hanc habebit formam

$A+Bn+Cn^2 \cdot 1^n + D \cdot (-1)^n + E \cdot (-2)^n$. Ad coefficientium A, B, C, D, E valores definiendos, posito successione $n = 1, 2, 3, 4, 5$ instituantur quinque æquationes cum primis quinque seriei terminis, per quas nanciscemur $A = 1, B = -2, C = 1, D = -2, E = 1$; igitur terminus generalis erit $1 - 2n + n^2 - 2(-1)^n + 1 \cdot (-2)^n$. Quæ dicta sunt, satis ostendunt, omnes, quotquot sunt, series recurrentes habere terminum generalem, qui compo- niuntur a formulæ exponentialibus multiplicatis aut per solas constantes, aut per functiones n integras, & rationales; igitur, quum omnium serierum, quæ hujusmodi habent terminos generales, ex supra tradita methodo summa inveniatur, consequitur series omnes recurrentes summam exponentialem recipere. Multo plu- ra de seriebus recipientibus summam algebraicam, aut exponentialē tradit Vincentius Riccatus in suo commentario, ex quo pauca hæc deserpere vixum est. Quocirca ad plenam serierum theoriam consequendam auctor tibi sum, ut com- mentarium illum attente perlegas.

CATUT QUINTUM.

In quo exhibetur formula generalis earum zequationum, quæ radicem habent cardanicæ similem, ejusque ope formulæ aliquot in trinomia realia resolvuntur, & cotestianum theorema demonstratur.

¶ Postquam egimus de seriebus, earumque terminis, ac summis generalibus, nihil facilius est, quam oculis subjicere formulam generalem earum zequationum, quæ prædictæ sunt radice simili cardanicæ, de quibus capitulo loquuti sumus, & earum auxilio aliquo binomia, ac trinomia in factores reales secundi gradus resolvere, & theorema Ruggerii Cottelli viri doctissimi demonstrare. Theoriam hanc universam mutuabimur ex Vincentii Riccati opusculo quarto tomî secundi. Capite tertio tabulam invenies, cujus ope zequationes habentes radicem similem cardanicæ usque ad gradum decimum quartum effervantur, & methodus patefacta est, qua tabula ad quoscumque gradus extenditur. Hujus tabulæ series prima verticalis, quæ subest termino m^2n , est series arithmeticæ, cujus scilicet differentiæ primæ constantes suæ. Ejus terminus generalis statim cognoscitur = p , denotante p gradum zequationis.

2. Altera series, quæ subest termino m^2n^2 , est algebraica secundi ordinis, quæ habet constantes differentias secundas. Ejus terminus generalis, ut constat ex capite superiore, hac formula continetur $A + Bp + Cp^2$, quæ debet = 2, posita $p=4$, debet = 5, posita $p=5$, debet = 9, posita $p=6$; igitur habebimus zequationes tres

$$\begin{array}{l} A + 4B + 16C = 2 \\ A + 5B + 25C = 5 \\ A + 6B + 36C = 9 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Deme primam ex secunda, secundam ex tertia, \&} \\ \text{duas zequationes invenies} \end{array}$$

$$\begin{array}{l} B + 9C = 3 \\ B + 11C = 4 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Dematur item ex altera prima, \& fieri} \\ \text{est} \end{array}$$

$$2C = 1, \text{ sive } C = \frac{1}{2}. \text{ Quæ valore in alijs zequationibus opportune substituto,}$$

$$\begin{array}{l} \text{nascitur } B = \frac{-3}{2}, A = 0. \text{ Igitur terminus generalis secundæ series substantiæ} \\ \text{termino } m^2n^2 \text{ fieri } \frac{-3p + pp^2}{2} = \frac{p(p - 3)}{2}. \end{array}$$

3- Similiter series tertia, cui superstat terminus m^3n^3 , est algebraica tertii ordinis, & habet terrias differentias constantes. Ejus terminus generalis hac formula includitur $A + Bp + Cp^2 + Dp^3$, quæ debet square 2, 7, 16, 30, facta successione $p=6, 7, 8, 9$. Quatuor ergo nascuntur zequationes

$$\begin{array}{l} A + 6B + 36C + 216D = 2 \\ A + 7B + 49C + 343D = 7 \\ A + 8B + 64C + 512D = 16 \\ A + 9B + 81C + 729D = 30 \end{array} \quad \begin{array}{l} \text{Singulæ zequationes istæ a sequentibus detra-} \\ \text{hantur, \& tres orientur zequationes} \\ \text{B+} \end{array}$$

$$\begin{array}{l} B + 13C + 127D = 5 \\ B + 15C + 169D = 9 \\ B + 17C + 217D = 14 \end{array} \quad \left| \begin{array}{l} \text{Facta, ut antea, singularium deductione, duæ sequentes orientur} \end{array} \right.$$

$$\begin{array}{l} 2C + 41D = 4 \\ 2C + 48D = 9 \end{array} \quad \left| \begin{array}{l} \text{et prima ab altera deducta sicut } 6D = 1, \text{ sive } D = \frac{1}{6}. \text{ De-} \\ \text{sumum opportune peractis substitutionibus } C = \frac{-9}{6}, B = \frac{20}{6}, A = 0. \text{ Quapro-} \\ \text{pter seriei terminus generalis erit } \frac{20P - 9PP + P^3}{6} = \frac{P \cdot P - 4 \cdot P - 5}{2 \cdot 3}. \end{array} \right.$$

4. Simili utens methodo in reliquis series, quæ sunt omnes algebraicæ, quarum gradus unitate crescit, inventæ, terminos generales ordinatim esse

$$P \cdot P - 5 \cdot P - 6 \cdot P - 7$$

$$P \cdot P - 6 \cdot P - 7 \cdot P - 8 \cdot P - 9$$

$$P \cdot P - 7 \cdot P - 8 \cdot P - 9 \cdot P - 10 \cdot P - 11$$

$$P \cdot P - 8 \cdot P - 9 \cdot P - 10 \cdot P - 11 \cdot P - 12 \cdot P - 13; \text{ atque ita deinceps. Quæ quoniam}$$

ita sunt, æquatio generalis, cui est radix similis cardanicæ, inventur esse

$$x^6 - pax^{5-2} + \frac{P \cdot P - 3}{2} x^{3-4} - \frac{P \cdot P - 4 \cdot P - 5}{2} x^{2-6}$$

$$+ \frac{P \cdot P - 5 \cdot P - 6 \cdot P - 7}{2} x^{4-8} - \frac{P \cdot P - 6 \cdot P - 7 \cdot P - 8 \cdot P - 9}{2} x^{3-10}$$

$$+ \frac{P \cdot P - 7 \cdot P - 8 \cdot P - 9 \cdot P - 10 \cdot P - 11}{2} x^{6-12} \dots \dots \dots - b = 0. \text{ In hac}$$

omittendus est terminus ille, in quo p incipit esse minor eo numero, qui descendens est, & termini omnes consequentes.

5. Ut per hanc æquationem bnomia, ac trinomia aliquot resolvam in factores reales secundi gradus, memento, demonstratum esse cap. tertio, radicem æquationis, posita a positiva, semper ita exprimi $x = a \cdot C \cdot \frac{P}{P}$, existente P ac

a , vel logarithmo, cuius sinus totus $= a^{\frac{1}{2}}$, & cosinus $= \frac{h}{\sqrt{P-1}}$, & si non pos-

situs est. Si $\frac{bb}{4} > a^{\frac{P}{2}}$, accipiendo sunt cosinus hyperbolici; quo in casu, existente P

impari, $Cb \cdot \frac{P}{P}$ habet unicum valorem realem, existente P pari habet duos positivum

unum, alium negativum. Contra si $\frac{bb}{4} < a^{\frac{P}{2}}$, capiendo erunt cosinus circulares;

in quo casu $Cc \cdot \frac{P}{P}$ tot habet valores, quot P continet unitates. Qui valores,

posito

posito & arcu circumferentia minore, & circumferentia = erunt $Cc. \frac{b}{p}$;
 $Cc. \frac{c+\mu}{p}$, $Cc. \frac{2.c+\mu}{p} \dots Cc. \frac{p-1.c+\mu}{p}$. Relato casu primo, qui nos deducit ad cosinus hyperbolicos, spatio dumtaxat alterum, in quo quum ad cosinus circulares ducamus, æquatio radices omnes reales continent. Assumo trinomium $\chi\chi - x\chi + a = 0$. Si in inventa generali æquatione substitutum proximus valorem a trinomio exhibuit nempe $\chi + \frac{b}{\chi}$, manifestum est, novam ostendit formulam, quæ liberata a divisoribus erit resolubilis in tot trinomia similis formæ, quot sunt valores x . Facta substitutione nascitur formula

$$\chi + \frac{b}{\chi} - b = a, \text{ sive trinomium } \chi^2 - b\chi + a = 0. \text{ Quoniam existente } \frac{bb}{4} < a^2,$$

x habet omnes valores reales, quos antea invenimus, constat, trinomium, cuius gradus est $2p$, resolvi in factores secundi gradus reales numero p hoc modo

$$\chi^2 - b\chi + a = (\chi\chi - zCc. \frac{c+\mu}{p}) \cdot (\chi\chi - zCc. \frac{c+\mu}{p})$$

$$\chi\chi - zCc. \frac{c+\mu}{p} \cdot z + a \dots \chi\chi - zCc. \frac{p-1.c+\mu}{p} \cdot z + a.$$

6. Sed hypotheses aliquot accuratius evolvamus. Fiat primo $b = a$, ut habeatur binomium $\chi^2 + a = 0$. In hac hypothesi, quando cosinus arcus $\mu = 0$, & sinus sit oportet positivus, arcus μ erit quadrans circuli. Quare vocata ut antea circumferentia = c , adeoque ejus quadrante = $\frac{c}{4}$, trinomia realia, in quæ binomium resolvitur, erunt hujusmodi $\chi\chi - zCc. \frac{c}{4p} \cdot z + a$,

$$\chi\chi - zCc. \frac{5c}{4p} \cdot z + a, \chi\chi - zCc. \frac{9c}{4p} \cdot z + a \dots \dots \dots$$

$$\chi\chi - zCc. \frac{4p-3}{4p} \cdot c \cdot z + a. \text{ Sed de hoc casu infra redibit sermo.}$$

7. Ponamus modo $Cc. \mu$, hoc est $\frac{b}{p-1} = a^{\frac{1}{2}}$, scilicet sinus toti. Pro-

venit $b = 2a^2$, & trinomium hanc formam induit $\chi^2 - 2a^2 \chi + a^2 = 0$. Manifestum est $a = 0$; ergo ultimum trinomium resolvitur in sequentia trinomia secundigradiis $\chi\chi - zCc. \frac{a}{p} \cdot z + a, \chi\chi - zCc. \frac{c}{p} \cdot z + a, \chi\chi - zCc. \frac{3c}{p} \cdot z + a$,

$$\dots \dots \dots \chi\chi - zCc. \frac{p-1.c}{p} \cdot z + a, \text{ Describe circulum, cujus radius} = a^{\frac{1}{2}}, \text{ &}$$

facto initio a puncto 1, (Fig. 1, 2) divide totam circumferentiam in partes $2p$, ut semicircumferentia in partes p divisa reperiatur. In singulis divisionis punctis ordinatum appone numeros, ut figura manifestat. Liqueat punctis, quæ signa-

ta sunt numeris imparibus, respondere cosinus, quæsitos; arcus enim $z_3 = \frac{c}{p}$, $z_5 = \frac{2c}{p}$; atque ita deinceps.

8. Si recte animam adertas, cognosces, bis semper eundem cosinum reperti; nam cuiilibet arcui minori, quam semicircumferentia, respondet arcus eadem major, qui prædictus est eodem cosinu. Excipiendus est tamen arcus $= s$, cuius cosinus $= s^{\frac{1}{2}}$; & ubi p sit numerus par, excipiendus est arcus $= \frac{s}{2}$, hoc est semicircumferentia, cuius cosinus $= -s^{\frac{1}{2}}$; horum enim arcuum cosinus reperiuntur semel. Verum arcus hujusmodi præbent trinomia $z^2 - 2s^{\frac{1}{2}}z + s$, $z^2 + 2s^{\frac{1}{2}}z + s$, quæ quadrata sunt, & quorum radices extrahai possunt. Quapropter satis erit dividere semicircumferentiam in partes p , facto initio a puncto 1, & accipere cosinus omnia arcuum desincentium in puncta signata numeris imparibus, & ex his efformari trinomia, quæ erunt hujusmodi.

$z^2 - 2Cc \cdot \frac{c}{p} \cdot z + s$, $z^2 - 2Cc \cdot \frac{2c}{p} \cdot z + s$ &c. Nestram itaque trinominum resolubile est, in hac trinomia elata ad potestatem quadraticam, addito semper trinomio $z^2 - 2s^{\frac{1}{2}}z + s$; & si p sit par, etiam trinomio $z^2 + 2s^{\frac{1}{2}}z + s$. Habemus ergo æquationem:

$$\begin{array}{c} \overline{z^2 - 2s^{\frac{1}{2}}z + s} \\ z^2 - 2Cc \cdot \frac{c}{p} \cdot z + s \quad \& c. \end{array} \quad \begin{array}{c} \overline{z^2 - 2Cc \cdot \frac{2c}{p} \cdot z + s} \\ z^2 - 2Cc \cdot \frac{3c}{p} \cdot z + s \quad \& c. \end{array} \quad \begin{array}{c} \overline{z^2 - 2Cc \cdot \frac{2c}{p} \cdot z + s} \\ z^2 - 2Cc \cdot \frac{2c}{p} \cdot z + s \quad \& c. \end{array}$$

Trinomium ultimum, cui signavi *, apponendum non est, nisi p inerit par. Igitur extra-eta radice habebimus:

$$\begin{array}{c} \overline{z^2 - 2Cc \cdot \frac{c}{p} \cdot z + s} \\ z^2 - 2Cc \cdot \frac{c}{p} \cdot z + s \quad \& c. \end{array} \quad \begin{array}{c} \overline{z^2 - 2Cc \cdot \frac{2c}{p} \cdot z + s} \\ z^2 - 2Cc \cdot \frac{2c}{p} \cdot z + s \quad \& c. \end{array}$$

*. Demum ponamus $Cc \cdot s$, hoc est $\frac{b^2}{p-1} = -s^{\frac{1}{2}}$, scilicet sinus toti ne-

gative sumpto, & trinomium hoc nascetur $z^2 + 2s^{\frac{1}{2}}z + s = 0$. Evidens est, arcum s æquare circumferentia dimidium, hoc est $\frac{c}{2}$. Quare habes trinomia,

in quæ sit resolutio, nempe $z^2 - 2Cc \cdot \frac{c}{2p} \cdot z + s$, $z^2 - 2Cc \cdot \frac{3c}{2p} \cdot z + s$,

$z^2 - 2Cc \cdot \frac{4c}{2p} \cdot z + s$ $z^2 - 2Cc \cdot \frac{2p-1}{2p} \cdot z + s$. Initio facto a puncto 1 integrum circumferentiam divide in partes $2p$, & numeris naturalibus ordinatim signa puncta divisionis, ut factum est antea. Cosinus accipienti sunt eorum

erorum arcuum, quorum termini a numeris paribus definiuntur. Nam arcus $z_2 = \frac{c}{2p}$, $z_4 = \frac{3c}{2p}$, atque ita de reliquis.

10. Hic quoque evenit, ut bis cosinus singuli sint capiendi, existant enim semper duo arcus, alter minor, alter major semicircumferentia, qui eundem cosinum habent. Excipe tamen dimidium circumferentie, cujus cosinus non ingreditur in trinomia, nisi p fuerit impar; quo in easu quum cosinus $= -\sqrt{-s}$ resultabit trinomium $zz + 2\sqrt{-s}z + s$, quod quadratum est praeimum radice $z + \sqrt{-s}$. Quare satis est dividere semicircumferentiam in partes p, factio initio ab 1, accipere cosinus arcuum definiuntur in numeros pares, & ex his formata trinomia elevere ad quadratum, quibus addendum est trinomium.

$zz + 2\sqrt{-s}z + s$, si p sit impar. Hoc modo obtainimus aequationem

$$\frac{z^p + 2\sqrt{\frac{z^p}{z^p}}z + s}{z^p} = zz - 2Cc \cdot \frac{c}{2p} \cdot z + s. zz - 2Cc \cdot \frac{3c}{2p} + s.$$

$zz - 2Cc \cdot \frac{3c}{2p} \cdot z + s &c. * zz + 2\sqrt{-s}z + s$. Signum * denotat trinomium non esse scribendum, nisi existente p impari. Extrahatur radix quadrata

$$\frac{z^p + s^{\frac{p}{2}}}{z^p} = zz - 2Cc \cdot \frac{c}{2p} \cdot z + s. zz - 2Cc \cdot \frac{3c}{2p} \cdot z + s \\ &c. * z + \sqrt{-s}.$$

11. Ex his facilima, atque expeditissima fluit demonstratio celeberrimi theoremati cotesiani, quod statim cognosces, ubi probatum fuerit sequens lemma. In circulo, cuius centrum C, (Fig. 3, 4) radius CA $= \sqrt{-s}$, assumpto quilibet puncto B, vocetur CB $= z$. Ducta diametro transiente per punctum D, agatur quilibet BD, & demittatur DE, qsz sit sinus arcus AD; hat autem cosinus CE $= x$; ajo $BD = \sqrt{zz - 2xz + s}$. Liqueat $ED^2 = s - xx$, $BE = \pm z - x$. Sigma superiora valent in tertia, inferiora in quarta figura; ergo $BE^2 = zz - 2xz + x^2$; ergo $BD^2 = zz - 2xz + x^2 + s = zz - 2xz + s$,

$$\text{ergo } BD = \sqrt{zz - 2xz + s}. \quad Q. E. D.$$

12. Deinceps arcus indicabo per numeros, a quibus in figuris terminantur. Paullo ante probatum est $\frac{z^p + 2\sqrt{\frac{z^p}{z^p}}z + s}{z^p} = zz - 2Cc \cdot 0 \cdot z + s$.

$zz - 2Cc \cdot 13 \cdot z + s. zz - 2Cc \cdot 15 \cdot z + s &c.$, donec exhausta fuerit omnis circumferentia. Seca CB $= z$, & fieri $\frac{z^p + 2\sqrt{\frac{z^p}{z^p}}z + s}{z^p} = B_1^2 \cdot B_3^2 \cdot B_5^2 &c.$

& extracta radice $\pm z^{\frac{p}{2}} - s^{\frac{p}{2}} = B_1 \cdot B_3 \cdot B_5 &c.$

13. Probatum item est antea

$$\frac{z^p + 2az^2z^p + a^p}{zz - 2Cc.12.z + a.zz - 2Cc.14.z + a} = \frac{z^p}{z^p}$$

$zz - 2Cc.16.z + a$ &c., donec exhausta fuerit integra circumferentia; igitur
 $\frac{z^p + 2a^2z^p + a^p}{B_2^2.B_4^2.B_6^2}$ &c., extractaque radice $z + a^{\frac{p}{2}} = B_2$,
 B_4 , B_6 &c. Formula hæc simul cum formula numeri superioris exhibet theo-
rema Ruggerii Cottesii.

14. Similis constructio accommodari potest etiam trinomio $z^p - bz^p + a^p$,
quoties $\frac{bb}{4} < a^p$. Etenim seca arcum A D(F.5) cuius cosinus $= \frac{b}{p-1}$, qui arcus

erit minor quadrante, si b sit positiva, major, si b sit negativa. Hunc arcum
divide in partes p , quarum prima sit A 1. Ex punto 1 incipe dividere circum-
ferentiam in punctis 2, 3 &c.. Cosinus arcuum A 1, A 2, A 3 &c. positi in
trinomio $zz - 2xz + a$ exhibent trinomia realia, in quaꝝ fit resolutio. Igitur
facta $CB = z$, atque B_1, B_2, B_3 &c., nanciscemur $a^p - bz^p + a^p = B_1^2$,
 B_2^2 , B_3^2 &c.. Q. E. Inv.

15. Si in eodem trinomio $\frac{bb}{4} > a^p$, qui casus complectitur etiam trinomium,
in quo ultimus terminus a^p effectus est signo —, resolvitur in duo binomia
realia $z - \frac{b}{2} + \sqrt{\frac{bb}{4} - a^p}$, $z - \frac{b}{2} - \sqrt{\frac{bb}{4} - a^p}$, quæ per ea, quæ paulo
ante dicta sunt, facile resolvuntur in trinomia realia secundi gradus.

15. Susplicantur jure bono Analysis, quamlibet formulam rationalem resol-
vi potius in trinomia realia secundi gradus. Tametsi hac de re ingeniose scrip-
serint R. le Seur, & Leonardus Eulerus Viri doctissimi; tamen plenam com-
pletamque hujuscemodi veritatis demonstrationem desideramus. Si formula omnis ra-
tionalis in trinomia realia resolvi potest, perspicuum est, omnia imaginaria,
quaꝝ ab operationibus algebraicis prodeunt, ad hanc solam formam reduci posse
 $A + B\sqrt{-1}$, in qua A, B sunt quantitates reales. Etenim quodlibet imagi-
narium fiat $= x$, tum opportune eliminatis radicalibus ad æquationem deve-
nies, in qua x altiorem obtinet potentiam. Hæc resolvatur in trinomia hujus
formæ $xx + mx + n = 0$, quæ dant $x = -\frac{m}{2} \pm \sqrt{\frac{mm}{4} - n}$. Si autem ra-
dix sit imaginaria, ita disponatur $\sqrt{n - \frac{mm}{4}}\sqrt{-1}$; atqui x æqualis est ima-
ginario proposito; ergo imaginarium ad prædictam formam semper reducitur. Sed
hæc paucis attigile sufficiat.

CAPUT SEXTUM.

De Parabolatum, & Hyperbolatum familia, & de illis,
quæ Paraboloides vocantur.

1. DE curvis altioribus aiturus illud præmoneo, me, si quando aut antea nominavi, aut in posterum nominabo quantitates infinitas, vel minimas, & infinitefimas, nihil intelligere aliud quam quantitates majores, vel minores quamcumque data. Omnis familia parabolatum hac æquatione continetur $x^m \times y^n = 1$. Similitudo autem, quam hæc æquatio habet cum æquatione parabolæ appolloniana, efficit, ut curvæ omnes parabolæ appellarentur, quarum gradus determinatur ab exponente $m+n$. Hoc omnibus commune est, ut si sumatur $x = 0$, sit quoque $y = 0$. Contra si x vel positiva, vel negativa sit infinita, y certe vel positiva, vel negativa sit quoque iænita, dummodo imaginaria non sit. Curva vero ab $y = 0$ ad $y = \pm \infty$, ita continuata est, ut cuilibet abscissa x sua ordinata y respondeat. His generatim præsentatis, quæ obvia sunt, ad ramos curvæ reales determinandos, oportet inspicere, quandonam ordinata y præveniat imaginariæ, quando reales, & si reales quando positivæ sint, quando negativæ.

2. Diversitas exponentium m, n facit, ut parabolæ rami reales modo inhas, modo in illas plagas excurrant. Quod ut facilius cognoscamus, extrahabimus radicem $m+n$, ut formula oriatur $\sqrt[m+n]{x^m \times y^n} = y$. Si ambo exponentes m, n sint numeri impares, fiet $m+n$ par. Jam vero si accipiatur x positiva, erit x^m positiva; ergo y æquabit radicem partem quantitatis positivæ; sed radix par quantitatis positivæ est & positiva, & negativa; ergo duplex est valor y negativus, & positivus, & ad plagam abscissarum CB (Fig. 1) positivarum duplex ramus parabolæ CP, CQ excurrit, primus in regione ordinatarum positivarum, secundus negativarum. Si vero x negativa sumatur, x^m erit negativa; ergo y æquabit radicem partem quantitatis negativæ, quæ semper est imaginaria; ergo ad plagam abscissæ negativæ, nullus est ramus parabolæ. Si æquatio fuisset $-x^m \times y^n = 1$, eodem ratiocinio probabis, utrumque ramum pretendi ad partem abscissæ negativæ.

3. Sit deinde n impar, & m par, ut impar sit $m+n$. Si x accipiatur positiva, erit x^m positiva; ergo y æquabit radicem imparem positivæ quantitatis, quæ unum dumtaxat valorem habet realem, atque hunc positivum; ergo unus exurgit ramus curvæ CP, (Fig. 2) cuius ordinatae, & abscissæ sunt positivæ. Si vero x negativa sit, negativa item erit x^m ; igitur y æqualis est radici impari negativæ quantitatis, quæ uno solum prædicta est valore reali, atque hoc negativo. Habet itaque curva alium ramum CQ, cuius tam abscissa, quam ordinatae sunt negativæ. In æquatione $-x^m \times y^n = 1$, abscissæ positivis respondent ordinatae negativæ, & positivæ abscissæ negativæ.

Fig. 2.





Fig. 5.



4. Postea pone n parem, m imparem, ut sit impar $m+n$. Existente x positiva, erit quoquaz positiva x^m , & y erit radix impar quantitatis positivæ, quæ positiva est. Nascitur itaque, ut antea, ramus CP (Fig. 3). Existente x negativa, x^m positiva est, quia potestas par quantitatis negativæ est positiva; igitur valor realis y æquantis radicem imparem quantitatis positivæ est positivus. Quare exoritur in curva ramus CQ, qui situs est in plaga abscissæ negativæ, & ordinataæ positivæ. In æquatione $-x^m = y^{m+n}$ uterque ramus predicitur ad plagas ordinatarum negativarum.

5. Demum omnes $m, n, m+n$ sint numeri pares. Accepta x vel positiva, vel negativa, x^m semper positiva est; ergo ubique y est radix par positivæ quantitatis, atque adeo duos valores reales habet unum affirmativum, alterum negativum (Fig. 4). Parabola igitur quatuor ramis prædicta erit, qui ad quatuor plagas procedunt. Æquationis vero $-x^m = y^{m+n}$ curva omnis imaginaria est. Verum advertendum est casum hunc ultimum non præbere curvas novas, sed solum duas parabolæ simul junctas ad casus superiores pertinentes. Nam extrahatur radix quadrata æquationis

$x^m = y^{m+n}$, ut fiat $\pm x^{\frac{m}{2}} = y^{\frac{m+n}{2}}$, quæ extractio, si opus est, iteretur, donec exponentes desinant esse omnes pares. Extractione peræsta ob ambiguum signum sele offertur duæ parabolæ, quæ spectant ad aliquem ex superioribus casibus.

6. Præsumam parabolaram familiam defero, oportet advertere, licet, posita x infinita, infinita sit & y , tamen x, y non in eodem ordine infinitorum. Ut ordines distinguam gradatim procedo, & speculo primum parabolam conicam, cujus æquatio $ax = yy$. Quoniam est $ay : y : x$, quemadmodum y est infinita respectu datæ x ; ita x est infinita respectu y ; ergo si considero y esse sitam in primo ordine infinitorum, x posita erit in secundo. Similiter æ-

quationem parabolæ cubicæ $a x^{\frac{1}{3}} = y^3$, præbet analogiam $a : y^2 : y : \frac{y^2}{a} : \frac{x^2}{a} : x$;

ergo sicuti y est infinita respectu x , $\frac{y^2}{a}$ erit infinita respectu y , & x infinita respectu $\frac{y^2}{a}$; igitur si statuatur y in primo ordine infinitorum, x erit in tertio.

Generatim ostendam hoc progressu in parabola, cuius æquatio sit $a^{\frac{m}{n}} x^{\frac{m}{n}} = y^{\frac{m+n}{n}}$, si y sit in primo ordine infinitorum, x erit in ordine $\frac{m+n}{n}$ ^{etiamsi}. Quid si habeam

$a^{\frac{m}{n}} x^{\frac{m+n}{n}} = y^{\frac{m+n}{n}}$, extracta radice n fiet $a^{\frac{m}{n}} x^{\frac{m}{n}} = y^{\frac{m+n}{n}}$. Itaque si y pertinere spectatur ad primum ordinem infinitorum, x spectabit ad ordinem $\frac{m+n}{n}$ ^{etiamsi}, qui ordo, si $\frac{m+n}{n}$ sit numerus fractus, medius est inter superiores ordines. Contra

si x spectetur esse in primo infinitorum ordine, y erit in ordine $\frac{n}{m+n}$ ^{etiamsi}, qui medius est inter finitum, & primum ordinem infinitorum.

7. Quod dictum est de quantitatibus infinite magnis, idem dicas velim de infinite exiguis. Nam si y minima accipiatur, & constitutatur in primo ordine infinitesimorum, valente aequatione $x^m = yy$, x erit in secundo, quum sit tercia proportionalis post x , y , & debeat esse minima respectu y , sicuti y est minima respectu x . In aequatione vero $x^m = y^n$, erit x in tertio infinitesimorum ordine, & generatim in aequatione $x^m = y^{m+n}$ posita y in primo infinitesimorum ordine, erit x in ordine $\frac{m+n}{m+n}$; immo in aequatione $x^m = y^{m+n}$ erit x in infinitesimorum ordine $\frac{m+n}{n}$. Contra si concepiatur x in primo ordine, y erit in ordine $\frac{n}{m+n}$. Adverte breviter, parabolam aequationis $x^m y^n = x^{m+n}$, eamdem esse, ac superiore cum hoc tantum discrimine, quod hujus ordinatæ abscissis illius sunt parallelae, & vice versa.

8. Ad familiam hyperbolarum gradum facio, quæ continentur hac aequatione $x^m y^n = x^{m+n}$, seu $y^n = \frac{x^m}{x^m - x^m}$. Generatim, existente y reali, si accipiatur x minima, y est infinita; & si sumatur x infinita, y evadit minima. Quare hyperbolæ rami omnes reales prædicti sunt duobus asymptotis, quorum unum est ipsa abscissarum linea, alterum parallelum est ordinatis, & discedit ab ipso abscissarum initio. Conditio autem numerorum m, n , qui & pares, & impares esse possunt, determinat, utrum rami reales sint, an imaginariae, & ad quam plagam progrediantur; quam ob rem ita dispone aequationem $y = \sqrt[m+n]{\frac{x^m}{x^m - x^m}}$.

9. Si ambo exponentes m, n sint impares, ut contingit in hyperbola appolloniana, posita x positiva erit x^m positiva; ergo y est radix impar positivæ quantitatis, quæ unicum tantum habet valorem realem positivum. Itaque nascitur ramus BPN (Fig. 5), cuius ordinatæ, & abscissæ positivæ sunt. Si x sit negativa, x^m erit negativa, & y radix impar quantitatis negativæ, quæ unum valorem realem negativum habet; ergo alter ramus prodit MQA, cuius ordinatæ, & abscissæ sunt negativæ.

10. Si n sit impar, & m par, sumpta x vel positiva, vel negativa, erit x^m semper positiva; ergo y radix impar quantitatis positivæ, quæ unicum habet valorem realem positivum. Duobus itaque ramis constat curva BPN, AQN, (Fig. 6) quorum primus habet ordinatas & abscissas positivas, alteri abscissas negativas, & ordinatas positivas.

11. Sit n par, m impar. Existente x positiva, x^m erit positiva; igitur y radix par quantitatis positivæ, quæ duobus valoribus gaudet positivo, & negativo. Itaque duo rami progrediantur ad partem abscissæ positivæ nempe BPN, BQN (Fig. 7.) quorum uni convenienter ordinatas positivæ, alteri negativæ. Si x accipiatur negativa, x^m erit negativa; ergo y radix par quantitatis negativæ, quæ semper est imaginaria; nullus igitur ramus realis ad partem

tem abscissarum negativarum. In omnibus hisce casibus, si x equatio suffit $x^m y = -a^{m+n}$, eisdem prodirent hyperbolæ, dummodo coordinatæ positivæ convertantur in negativas, & vice versa.

12. Postremo par sit uterque numerus m, n ; ergo vel x positiva sit, vel negativa, x^m semper est positiva, & y radix par quantitatis positivæ, quæ præbet duplicum valorem realem positivum, & negativum. Quatuor itaque ramis conflat curva, qui in quatuor plagiis sunt constituti (Fig. 8.) Rami autem omnes æquationis $x^m y = -a^{m+n}$ sunt imaginarii. Hic quoque adverte, hyperbolam hujus casus, nihil aliud esse, quam duas aliorum casuum hyperbolas simul junctas. Nam extrahe radicem quadratam, donec aliquis numerus impar prodeat, & ob signum \pm duæ hyperbolæ sese offerent.

13. Tametsi posta x infinita, minima ubique evadat y : tamen non semper est in eodem infinitesimorum ordine. In hyperbola appolloniana, cuius æquatio $x^2 y = a^2$, y erit in illo ordine infinitesimorum, in quo ordine infinitorum est x , quem vocabimus primum; nam $x : a :: a : y$. In hyperbola æquationis $x^2 y = a^3$, y erit in secundo ordine infinitesimorum; nam $x^2 : a^2 :: a : y$; atqui x^2 est in secundo ordine infinitorum; ergo y in secundo infinitesimorum. Generatim vero in æquatione $x^m y = a^{m+1}$, facta x infinita primi ordinis, y erit in infinitesimorum ordine m^{efimo} . Imo in generaliori æquatione $x^m y = a^{m+n}$, seu $x^m y = a^m$, y erit in ordine $\frac{m}{n}$. Si $\frac{m}{n}$ sit numerus fractus, ordo iste mediat inter ordines dños, qui a numeris integris exprimuntur. Quod dictum est de ordine infinitesimorum ordinata y , transferas velim ad ordinem infinitorum, quum x accipitur infinita exigua. Hæc autem diversitas ordinum in quantitatibus infinite tum magnis, tum parvis, paulo post maximam afferre utilitatem cognoscet.

14. Addamus nonnulla de curvis, quæ paraboloides vocari solent. In his ordinata y æquat functionem rationalem, & integrum abscissæ x . Hujusmodi est curva æquationis $a^2 y = x^3 + b x^2 - c^2$. Paraboloidum æquatio generalis ita se habet $a^{m-1} y = x^m + b x^{m-1} + a c x^{m-2} \dots + a^{m-1} k$. Quoniam y semper habet valorem realem unicum, quicumque sit valor abscissæ x five positivæ, five negativæ, conflat, curvam nulquam interruptam esse, sed continuo progressu ad utramque partem in infinitum protendi. Si ponas x infinitum, vel positive accipias, vel negative, neglectis reliquis terminis, qui respectu x^m minimi sunt, æquatio conficit in terminis $y = \frac{x^m}{m-1}$.

15. Jam vero in eadem suppositione x infinitæ, si m sit numerus impar, y erit positiva, si x sit positiva; y erit negativa, si x sit negativa. Curva autem continua, in qua ordinata y debet a positiva in negativam transire, necessario lineam abscissarum secabit. Secabit vero aut in uno, aut in tribus, aut in

in quoque punctis ita, ut impar sit numerus intersectionum. Etenim curva continua non potest incipere ad plagam y positivæ, & definire in plaga y negativæ, nisi lineam abscissarum fecerit tot vicibus, quarum numerus sit impar.

16. Si m par sit, x infinita vel positiva, vel negativa quum præbeat x^m semper positivam, præbebit item positivam y . Quare curva continua, in qua y respondens x vel positiva vel negativa infinita est positiva, aut ausquam secabit lineam abscissarum, aut secabit in duobus, aut in quatuor, aut in sex punctis ita, ut par sit numerus intersectionum. Veruntamen si in ultimo termino k negativa foret, ut mutato signo ultimus terminus sit $-x^{m-1}k$, facile probatur, bis saltem a curva lineam abscissarum fecari. Etenim posita in sequatione $x = 0$, fit $y = -k$, scilicet negativa; ergo y primum est positiva, quum negativa, denum iterum positiva; quod in curva continua accidere non potest, nisi saltem bis in lineam abscissarum incurrit.

17. Ex his maximi momenti consecutaria deducuntur. Omnis æquatio gradus imparis prædicta est, saltem una radice reali, & si plures habet, earum numerus est impar. Namque ponatur æquatio $=y$, tum intelligatur descripta curva huius æquationi respondens, cujus abscissæ sint A B (Fig. 9). Perpicuum est radiees reales æquationis determinatae esse abscissas respondentes ordinatis $y = 0$; atqui ibi $y = 0$, ubi curva intersectat lineam abscissarum; ergo abscissæ definientes in punctis intersectionum sunt æquationis radices; atqui, ut probatum est, unum semper existit punctum intersectionis, & si plura existant, sunt numero impares; igitur æquatio determinata gradus imparis non semper ornata est radice reali, & si pluribus ornata sit, earum numerus impar sit necesse est. Si interseccio caderet in abscissarum initio, una radix realis $= 0$. Hinc colligas velim, radices imaginariæ esse numero pares. Nam si ex numero impari omnium radicem deducas numerum imparem radicum realium, reliquus est radicum imaginariarum numerus par.

18. Æquationes gradus paris aut nullam habent radicem realem, aut habent plures numero pares; quia posita æquatione $=y$, (Fig. 10) curva aut ausquam fecerit lineam abscissarum, aut fecerit in punctis numero paribus. Verum si ultimus æquationis terminus sit negativus, quum curva fecerit abscissarum lineam saltem in duabus punctis, æquatio determinata prædicta erit saltem duabus radicibus realibus. Numerus radicum imaginariarum etiam in his debet esse par. In nulla æquatione itaque imaginariis carente contingere potest, ut imaginariæ radices sint numero impares.

CAPUT SEPTIMUM.

De curvis excedentibus gradum secundum, quæ per instrumenta delineantur.

Si de instrumentis, curvisque per ea descriptis pro dignitate agere vellem, non breve caput, sed longissimum volumen ut scriberem, oportaret. Quapropter specimen aliquod dumtaxat præbebo solutis nonnullis problematibus, quæ majori utilitate, atque elegantia prædicta esse mihi videntur.

J. Pro.

Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 5.





Fig. 6.



8.





Fig. 9.



Fig. 10.



1. Problema primum. Anguli ABG (Fig. 1.) crura inaequa libere moveri possint circa verticem B. Punctum A extrellum cruris AB ita firmatur in A, ut circa ipsum liberly converti possit; punctum C extrellum cruris alterius moveri possit in data linea AO transeunte per punctum A. Producatur BC in M, donec CM = BC; quaritur curva, quam descripturum est punctum M incidente C per rectam AO. Ex punctis B, M demicstantur in AO normales BF, NO. Quoniam triangula BCF, MCO similia sunt, & BC = CM, erit CF = CO, FB = OM. Quare vocatis AB = a , BC = CM = b , AO = x , MO = BF = y , erit CO = CF = $\sqrt{bb - yy}$, & FO = $\sqrt{bb - yy}$; demum AF = $\sqrt{aa - yy}$; ergo resultat æquatio $x = \sqrt{aa - yy} + 2\sqrt{bb - yy}$. Quæ ablatis, ut par est, radicibus, &c opportune ordinata in æquationem hanc quarti gradus convertitur.

$$\begin{aligned} yy^4 + 10x^2y^2 + x^4 \\ + 6a^2y^3 - 2a^2x^2 \\ - 24b^2y^2 - 8b^2x^2 = 0 \\ + a^4 \\ - 8a^2b^2 \\ + 16b^4 \end{aligned}$$

2. Curva hujus æquationis quæ habeat progressum, & figuram ex instrumento, per quod delineatur, determinemus. Tres casus distinguendi sunt, vel enim BC = b est major AB = a , vel æqualis, vel minor. In primo casu, in quo BC est major AB (Fig. 2), distendatur ABCM in lineam rectam, ut punctum M cadat in S, C in H, B in D. Elevetur angulus B remanente G in recte ES. In hoc motu punctum B per arcum circularem semper elevatur, donec AB fiat perpendicularis AS, & veniat in locum AG; deinde punctum B deprimitur, donec AB cadat super AE, & punctum M veniat in T existente ET = BM = $2a$; ergo TS = $2a$, AT = $2b - a$. Ramus similis ramo STM habetur ad alteram partem lineæ TS. Demum converso instrumento curva similis ad aliam partem puncti A delineatur. His generatim distingue tres casus $b > 2a$, $b = 2a$, $b < 2a$. In primo casu curva TMS (Fig. 3.) ubique concava provenit ari TS (Fig. 4). Hoc idem accidit in calo secundo, in quo tamen ob nescio quam moram, quæ observatur in instrumento, ubi punctum describens accedit ad T, jure bono luspicar aliquid singulare in eo punto inesse. In ultimo casu curva procedit a T versus A (Fig. 2), & concavitatem obvertit A, convexitatem S; tum post flexum contrarium ordinatum procedit, ut in casibus aliis.

3. Si fuerit $b = a$, demonstratum est in libro superiori a puncto M (F. 5) describi ellipsem conicam, cuius centrum A, semiaxes primus AS = $3a$, secundus AI = a . Sed dum punctum D ascendens per arcum circularem DG pervenit ad S, punctum C remanens in linea AS inventur in A, & S in I: ergo ubi hanc positionem natum fuerit instrumentum, ita moveri potest, ut punctum C non discedat ab A, quo in motu punctum I describer circulum radii A, quare curva descripta quarti gradus coalecet ex duabus secundi nimirum circulo, & ellipsi. Reapie si æquationem

$$\begin{aligned} & yy^4 + 10x^2y^2 + x^4 \\ & - 18a^2y^3 - 10a^2x^2 = 0, \text{ in quam mutatur } \alpha \text{equatio superior, si fiat } b=a, \\ & + 9a^4 \end{aligned}$$

dividas per $y + x - a = 0$, quæ est æquatio circuli, provenit $yy^2 + x^2 - 9a^2 = 0$, quæ est ad ellipsum.

4. Reliquum est, ut inspiciamus, quam figuram habeat curva, si sit $b < a$. (Fig. 6) Si lineæ omnes distendantur in rectam, ut sit $AD = a$, $DH = HS = b$. eleverit punctum D per arcum circularem DG, remanente puncto H in linea A, punctum S describet arcum SL, donec DH fiat perpendicularis AS, & veniat in locum GK, puncto S translato in L. Tum si K feratur veris A radius AG descenderet, & punctum G per eundem arcum GD precurret, donec G veniat in D, & L in T, existente $TD = 2b$ & $TA = 2b - a$. Hoc modo describeretur curva SLT, quæ conjuncta cum simili TGS exhibet ovalem. Converso instrumento secunda ovalis similis producitur. Si $a > b$, duæ ovales se intersecant, ut in figura. Si $a = b$, ovaes duæ sese contingunt in A; si $a < b$, ovaes separatae sunt, & inter se distant per lineam $= a - 4b$.

5. Ulum instrumentum per solutionem superioris problematis delibavi potius, quam expoltui. Nam accipi potest CM (Fig. 1.) cujuscumque magnitudinis, vel positiva, vel negativa, quo in casu describitur curva quarti gradus, excepto casu, in quo M coincidit cum B, & in quo describitur circulus. Potest punctum describens constitui extra lineam BC. Præterea linea FO, in qua iteneratur punctum C, potest non transire per punctum A, circa quod convertitur in girum AB. Demum hac eadem linea FO potest esse quæcumque curva. Quapropter infinitæ curvæ hoc instrumento delineabuntur, quæ tamen intra finitum spatiū claudentur, neque ullum habebunt ramum infinitum. Harum naturam ex principiis traditis, & tradendis poterit investigare industrius geometra.

6. Problema secundum. Dato extra datam VT (Fig. 7) puncto A, ex quo ducatur AB datae normalis, & producatur in D. Moveatur ita linea ABD ita ut transeat semper per punctum A, & punctum B remaneat in V T, quadratur, quam curvam descripturum sit punctum D. Ponamus AD perveniente in locum ARN existente RN = BD, ex puncto N, quod est in curva, demilitur MN normalis in BD. Vocetur AB = a, BD = b = RN, AM = x, MN = y, erit AN = $\sqrt{x^2 + yy}$, & MB = $x - a$; atqui AN : AM :: RN : MB; ergo $\sqrt{x^2 + yy} : x - a : x - a$, & quadrando $x^2 + yy : x^2 : b^2 : x^2 - 2ax + a^2$, & dividendo $yy : x^2 : b^2 - x^2 + 2ax - a^2 : x^2 - 2ax + a^2$; ergo

$$\begin{aligned} & x^2y^2 + x^4 \\ & - 2ax^2y^2 - 2ax^4 = 0. \text{ Hæc autem } \alpha \text{equatio non solum includit curvam DN} \\ & + axyy + axxx \\ & - b^2xx \end{aligned}$$

descriptam a punto D, sed etiam sexta BE = BD curvam descriptam a puncto E. Curva hæc a Nicomede instrumenti inventore nomen accepit, & conchois nicomedea appellatur. Partem DN descriptam a punto D, conchoideam alteriore vocabo, quæ autem describitur a punto E posito ad partes puncti A, citeriore vocabo.

7. Ulterior in omni hypothesi eamdem figuram habet; nempe ad utramque partem lineas AD, discedens a puncto D accedit ad VT, cui primum obvolut concavum, tum facto contrario flexu eidem obvertit convexum, eique ultra quemcumque limitem appropinquit, quin ad contactum veniat. Quare VT ad utramque partem est asymptotum curva. Citerior habet pro asymptoto eamdem VT. Sed si $b < a$, & E jaceat inter A, B, eodem ferme pacto, quo ulterior obvertit concavum in convexum. Si vero $b = a$, & puncta A, E (Fig. 8) coincidunt, rami tangunt AB in A, & semper obvertentes convexum accedunt ad asymptotum. Demum si $b > a$, & punctum E cadat post puncta B, A, (Fig. 9) ramus unus est EQAT, alter EAQAV; ita efformatur folium AQEQAT, quo in hac hypothesi praedita est conchois citerior.

8. Si in usum traducamus figuras rectilineas ordinatas, folium hoc conchois citerioris efformat flores non inelegantes pluribus foliis instructos. Sit primo triangulum equilaterum ABC (Fig. 10), cujus punctum medium sit I. Jungatur IA, quæ ita moveatur, ut A semper sit in AB, & transeat per punctum I. Dum sit motus ab A in B, unum folium describetur; describetur alterum æquale, si punctum A moveatur in BC, tertium, si in CA. Orietur itaque flos trium foliorum æqualem. Sit ABCD (Fig. 11) quadratum; Si linea IB eodem modo moveatur per quatuor latera, exurget flos quatuor foliorum; in pentagono inveniemus florem quinque, in hexagono sex foliorum, et ita deinceps. Sed hæc breviter attigit sufficiat.

9. Quisque viderit, instrumentum ad usum traduci posse, tametsi linea VT, (Fig. 7) in qua itineratur punctum B non fuerit recta, sed curva. Casum maxime simplicem evolvamus, quum VT est circumferentia circuli, in qua situm est punctum A, quod polum vocabimus. Liae ABD (Fig. 12) ita moveatur, ut semper transeat per punctum A, & punctum B non recedat a circuli peripheria BRA. Quætitur descripta a puncto D. Linea describens, quæ in prima positione transeat per centrum circuli, veniat in situm ARN. Normales AD sit N M, BL, prima ducta a puncto N, altera a puncto B. Vocetur AM = x, MN = y, AB = za, BD = RN = b. Erit $x:y::za:b$; $BL = \frac{2ay}{x}$. Item

$$x:\sqrt{xx+yy} :: za:AL = \frac{za\sqrt{xx+yy}}{x}; \text{ ergo } LN = \sqrt{xx+yy} - \frac{za}{x}.$$

$$\sqrt{xx+yy} = \frac{x-za}{x}\sqrt{xx+yy}, \text{ & } LR = b + \frac{za-x}{x}\sqrt{xx+yy}; \text{ atqui}$$

ex natura circuli AL.LR = BL²; ergo

$$\frac{za\sqrt{xx+yy}}{x} \cdot \frac{b x + za - x \cdot \sqrt{xx+yy}}{x} = \frac{4za^2y^2}{xx}, \text{ &}$$

$$za^2bx\sqrt{xx+yy} + za^2 - za \cdot za\sqrt{xx+yy} = 4za^2y^2, \text{ demum}$$

$$xx+yy - za^2 = b\sqrt{xx+yy}, \text{ quæ æquatio elevata ad quadratum, & oportune ordinata finit.}$$

$$\begin{aligned}y^4 + 2ax^2y^2 + x^4 \\ - 4ax^2y^2 - 4ax^3 \\ - b^2y^2 - b^2x^2 = 0. \\ + 4ax^2\end{aligned}$$

10. Curva hujus α equationis, quæ per instrumentum describitur, variam sortitur figuram pro diversa datarum a, b proportione. Si fit $b < 2a$, curvam exprimit figura 12. Nimirum curva DN secat circulum in A, in quem ingreditur, & facto folio egreditur a circulo, & reddit per aliam partem in D. Si $b = 2a$, folium evanescit, & incipit cuspis, quæ semper exsistit, donec fit $b < 4a$, ut apparet in fig. 13. Si $b = 4a$, cuspis definit, neque habetur amplius polito $b > 4a$, & nascitur curva continuata, quæ habetur in fig. 14.

11. Problema tertium. Si circa datum AG (Fig. 15) volvatur norma ABC, ita ut latera normæ transante per data puncta A, C, quæritur curva, quam descriptorum est punctum M acceptum in normæ latere AB vel producto, vel secus. Ex puncto M in AC ducatur normalis MN, divisaque bitariam AC in S, vocetur $AS = x, MN = y, BM = c, AS = SC = s$, erit $AN = s+x$,

$AM = \sqrt{s+x+y^2}$. Triangula similia ANM, CAB præbent $MA:AN :: CA:AB$, scilicet

$$\sqrt{s+x^2+yy:s+x:::2a:AB} = \frac{2a^2+2ax}{\sqrt{s+x+y^2}}. \text{ Quare } \alpha\text{equatio fiet.}$$

$$\sqrt{s+x^2+yy-c} = \frac{2a^2+2ax}{\sqrt{s+x+y^2}} \text{ five}$$

$$s+x^2+y^2-c\sqrt{s+x^2+y^2} = 2a^2+2ax, \text{ five elevando ad quadratum post}$$

$$\text{factam terminorum translationem } c^2 \cdot s^2 + 2ax + xx + yy = a^2 - x^2 - y^2, \text{ five}$$

$$y^4 + 2ax^2y^2 + x^4$$

$$- 2ax^2y^2 - 2ax^3$$

$$- cy^2 - cx^2 = 0. \text{ Si fieret } c=0, \text{ formula esset quadratum comple-}$$

$$- 2ax^2$$

$$+ s^4$$

$$- a^2c^2$$

tuim, cujus radix proveniret $yy+xx-aa=0$, quæ est α equatio ad circulum. Si M situm esset inter puncta A, B, caccienda esset negativa, quæ hypothesis nihil α equationem mutat.

12. Ut curva omnis delineetur, debent successive rotari quatuor anguli ABC, ABF, FBT, TBC. Curvæ figura diversa est pro varietate propor-

tionis datarum $AG = 2s$, $BM = c$. Si $c < 2s$, curva instruitur folio, ut exprimit figura 16; Si $c = 2s$, folium evanescit, & incipit cuspis, quæ conservatur donec $c = 4s$ ut in fig. 17. Si $c = 4s$, cuspis evanescit, neque amplius appetet, ut in fig. 18, quum $c > 4s$. Hoc omittendum non judico, quod si in æquatione ponatur $x = -s$, invenitur $y = 0$. Quare videtur punctum A ad curvam pertinere, tamen in duabus ultimis figuris per illud curvam transire non appareat. Quare in his casibus punctum A est punctum solitarium, & conjugatum, quod licet ab instrumento non exhibeat, tamen æquationi satisfacit.

13. Hæc omnia locum habent, si angulus ABC rectus fuerit. Curva, quæ describitur angulo non recto, æquationem aliquanto habet complicatiorem. Hanc inveniamus. Ex punto C (Fig. 19) demittatur CF normalis in AB; ratio BF:FC, quæ constans est, vocetur $g:2s$, reliquæ denominationes serventur ut antea. Habeimus

$$AF = \frac{2ss + 2sx}{\sqrt{s+x+y^2}}, \quad BF = \sqrt{s+x+y^2} - \frac{2ss + 2sx}{\sqrt{s+x+y^2}} - c, \quad \text{et}$$

$$CF = \sqrt{4ss - \frac{(2ss + 2sx)^2}{s+x+y^2}}; \quad \text{Igitur erit}$$

$$\sqrt{s+x+y^2} - c - \frac{2ss + 2sx}{\sqrt{s+x+y^2}} : \sqrt{4ss - \frac{(2ss + 2sx)^2}{s+x+y^2}} :: g:2s \text{ fa-}$$

Et aequali multiplicatione per $\sqrt{s+x+y^2}$ fiet

$$x^2 + y^2 - s^2 - c\sqrt{s+x+y^2} : 2ay :: g:2s, \text{ sive}$$

$x^2 + y^2 - s^2 - gy = c\sqrt{s+x+y^2}$, quæ elevata ad quadratum, & ordinata præbet

$$\begin{aligned} y^4 - 2gy^3 + 2x^2y^2 - 2gx^2y + x^4 \\ - 2x^3y + 2x^2gy - 2x^2s \\ + g^2y^2 - c^2x^2 \\ - cy^2 - 2acx^2 \\ + a^4 \\ - c^2s^2 \end{aligned} = 0, \quad \text{quæ pariter est æquatio qua-} \\ \text{tri gradus.}$$

14. Problema quartum. Invenire æquationem curvæ descriptæ a punto M (Fig. 20) posito in circumferentia circuli BM rotantis supra æqualem circumflexam BA immobilem. Punctum describens M initio motus sit in A, ducatur radius CA, qui producatur prout opus fuerit. Rotetur circulus, & veniat in positionem BM. Patet arcum BA = BM. Junge centra circulorum recta CK, quæ

transibit per contastum B. Duc radium KM, qui productus concurrat cum CA in D. Quoniam BA, BM sunt arcus æquales circulorum æqualium, æquales erant anguli BCA, BKM; ergo triangulum CDK isoscelis, & CD=DK, & proinde AD=MD; ergo linea AM parallela CK. Præterea juncta DB dividet bisfariam omnes parallelas CK, adeoque etiam AM in E, eidemque erit perpendicularis. Duc MN perpendicularem in CD. Voca radios circulo-

$$\text{rum } = r, CN = x, AN = x - r, MN = y, AM = \sqrt{x-r+y^2}, \&$$

$$AE = \frac{1}{2} \sqrt{x-r+y^2}. \text{ Propter triangula similia erit } CB:AE::CD:AD,$$

$$\text{five } CB:CB-AE::CD:CA \text{ five } r:r-\frac{1}{2} \sqrt{x-r+y^2}:CD:r; \text{ ergo } CD = \frac{rr}{r-\frac{1}{2} \sqrt{x-r+y^2}}.$$

$r-\frac{1}{2} \sqrt{x-r+y^2}$. Denique quæ similia sint triangula AMN, ADE, vel CDB sit $CD:CB::AM:AN$; vel analytice

$$\frac{rr}{r-\frac{1}{2} \sqrt{x-r+y^2}}:r::\sqrt{x-r+y^2}:x-r, \text{ seu}$$

$$r:r-\frac{1}{2} \sqrt{x-r+y^2}:\sqrt{x-r+y^2}:x-r; \text{ ergo}$$

$$rx-rr = \sqrt{x-r+y^2}-\frac{xx+2rx-rr-y^2}{2}, \text{ vel}$$

$$\frac{xx+yy-rr}{2} = r\sqrt{x-r+y^2}, \& \text{ quadrando}$$

$$\frac{xx+yy-rr}{4} = rr. \frac{x-r+y^2}{4}, \text{ quæ opportune ordinata in hanc mutatur}$$

$y^4 + 2xy^2 + x^4$	Curvæ, quæ oriuntur ex rotatione circuli supra circulum dicuntur epicycloides. Ea autem, cujus æquationem invenimus, est epicycloidum simplicissimum, quæ coincidit cum curva num. 9, dummodo $b=2a=2r$, quod cognoscetis, si in hac pro x scribas $a-x$.
$-6r^2y^2 - 6r^2x^2 = 0$	
$+8r^3x$	
$-3r^4$	

15. Methodus hæc elegans aptari nequit, si circuli duo diversa diametro prædicti sint. Et enim fundatur in eo, quod arcus BA, BM sint æquales & similes. At si circulus rotans habeat diversum diametrum, arcus BA, BM (Fig. 21) sunt quidem æquales sed non similes. Ostendendum est, qua methodo aliarum quoque epicycloidum inveniri possit æquatio. Junctis centris C, K, agatur KM. Quoniam æquales sunt arcus BA, BM, anguli AKB, BKM æ-
runt in ratione inversa radiorum. Itaque si radius C B=R, KB=r, angulus AKB; BKM:::R: si hæc proportio radiorum sit effabilis, curva erit sem.

semper algebraica; sed si sit irrationalis, erit transcendens. Fiat $R:r::m:n$: exstantibus numeris m, n integris. Sit angulus $ACB = n\mu$, $BKM = m\mu$. Agatur in CK normales AD, ME , sumptaque pro sinu tote $AC = R$, erit $AD = Sc. n\mu$, $CD = Cc. n\mu$; item $ME = \frac{r}{R} . Sc. m\mu$, $KE = \frac{r}{R} . Cc. m\mu$.

In quadrilatero CNME anguli in E, N recti sunt; ergo reliqui duo NCE, NME compleant duos rectos; ergo producta NM, donec concurrat cum CK in F, angulus ACD erit aequalis EMF, & triangulum ACD erit simile FME; ergo $CD:AC :: ME:MF$; sive analyticce

$$Cc. n\mu : R :: Sc. m\mu : MF = \frac{r}{R} . Sc. m\mu . Praterea CD:DA :: ME:EF;$$

$$\text{sive in speciebus } Cc. n\mu : Sc. n\mu :: \frac{r}{R} . Sc. m\mu : EF = \frac{r . Sc. n\mu . Sc. m\mu}{R . Cc. n\mu}, \text{ igitur } KE = \frac{r . Sc. n\mu . Sc. m\mu}{R . Cc. n\mu} \cdot \frac{r}{R} . Cc. m\mu = \frac{r}{R} \cdot \frac{Sc. n\mu . Sc. m\mu - Cc. n\mu . Cc. m\mu}{Cc. n\mu};$$

$$\text{igitur } CF = R + r + \frac{r}{R} \cdot \frac{Sc. n\mu . Sc. m\mu - Cc. n\mu . Cc. m\mu}{Cc. n\mu}. \text{ His determinatis est } CN:NF :: CD:DA, \text{ seu } x:y + \frac{r . Sc. m\mu}{Cc. n\mu} :: Cc. n\mu : Sc. n\mu, \text{ ex qua provenit prima aequatio } I \times Sc. n\mu - y . Cc. n\mu = r . Sc. m\mu. Praterea } CD:CA :: CN:CF, \text{ vel } Cc. n\mu . R :: x : R + r +$$

$$\frac{r}{R} \cdot \frac{Sc. n\mu . Sc. m\mu - Cc. n\mu . Cc. m\mu}{Cc. n\mu}, \text{ ex qua secunda aequatio}$$

$$\text{II } R\kappa = \overline{R+r} . Cc. n\mu + \frac{r}{R} . Sc. n\mu . Sc. m\mu - Cc. n\mu . Cc. m\mu. \text{ Si operarius ejicias functiones angularum } n\mu, m\mu \text{ ab altera, invenies epicycloidis aequationem datam per coordinatas } x, y.$$

$$16. \text{ Supponamus primum } R = r \text{ & } m = n = r, \text{ ut iaveniamus aequationem simplicissimam epicycloidis, de qua ante mentionem facimus. Ex prima aequatione fiet } x - r . Sc. r = y . Cc. r, \text{ ex qua descendit } Cc. r = \frac{r \cdot x - r}{\sqrt{x - r + y^2}},$$

$$Sc. r = \frac{r y}{\sqrt{x - r + y^2}}. \text{ Hi valores substituantur in secunda aequatione, ut na-$$

$$\text{scatur } rx = \frac{2rr \cdot \overline{x-r}}{\sqrt{x-r+y^2}} + \frac{r^2 y^2 - r^2 \cdot \overline{x-r}^2}{\sqrt{x-r+y^2}^2}, \text{ sive}$$

$$\frac{rx+rr \cdot \overline{x-r}^2}{\sqrt{x-r+y^2}} + \frac{rx-rr.y^2}{\sqrt{x-r+y^2}} = 2rr \cdot \overline{x-r} \cdot \sqrt{\frac{\overline{x-r}^2}{\overline{x-r+y^2}}} \text{ factaque divisione per } r \cdot \overline{x-r}, \text{ proveniet } x - rr + yy = 2r \sqrt{\frac{\overline{x-r}^2}{\overline{x-r+y^2}}} + yy, \text{ ad quam aequationem paullo ante diversa methodo devenimus.}$$

$$17. \text{ Si pro } \cos \mu, \text{ & finu } m, \text{ valores substitutas datos per } \mu, \text{ nimurum}$$

$$\frac{\overline{C c. \mu + \sqrt{-1} \cdot S c. \mu}}{m} + \frac{\overline{C c. \mu - \sqrt{-1} \cdot S c. \mu}}{m}$$

$$\text{pro } C c. m \mu, \text{ &}$$

$$\frac{2 R^{m-1}}{\overline{C c. \mu + \sqrt{-1} \cdot S c. \mu} - (\overline{C c. \mu - \sqrt{-1} \cdot S c. \mu})}$$

$$\text{pro } S c. m \mu, \text{ & bino-}$$

$$2 R^{m-1} \sqrt{-1}$$

mia actu eleves ad potestatem integrum m , ut abeant imaginaria, idemque facias quoad arcum $n\mu$, duas aequationes invenies, per quas poterit aequatio localis determinari. Sed hoc non vacat fusus perlequi.

18. Problema quintum. Lineæ LAS (Fig. 22) insistenti super data BC ad angulos rectos, & transiunti per punctum A, alligatum sit filum SBF à quale datæ BC, quod plicatum in B dilendatur juxta BC a filio F; tum servatis his conditionibus moveatur BC intra angulum rectum GAH, queritur curva a filio F delcripta. Ex punto F agantur FN, FM normales lateribus anguli recti. Vocetur AN = x , FN = y , BC = a . Ob æquilitatem SBF, & rectæ BC fieri BS = FC; ergo quum sit CB : BA :: BA : BS; erit CB : BA :: BA : FC; atque CB : BA :: FC : FN; ergo CB, BA, FC, FN sunt in continua proportione geometrica; ergo CB : FN :: CB³ : BA³; ergo $x : y :: a^2 : BA^3 = a^2 y$; ergo BA = $a^{\frac{3}{2}} y^{\frac{1}{3}}$. Simili modo ostendam CA = $a^{\frac{3}{2}} x^{\frac{1}{3}}$. Hinc

$$\text{habetur aequatio } a^2 = a^{\frac{3}{2}} y^{\frac{2}{3}} + a^{\frac{3}{2}} x^{\frac{2}{3}}, \text{ sive } a^{\frac{2}{3}} = y^{\frac{2}{3}} + x^{\frac{2}{3}}, \text{ & elevan-}$$

$$\text{do ad potestatem tertiam } a^3 = y^3 + 3y^{\frac{2}{3}} x^{\frac{2}{3}} \cdot y^{\frac{2}{3}} + x^3 + x^{\frac{2}{3}} \cdot x^{\frac{2}{3}}, \text{ sive substituto}$$

$$a^{\frac{3}{2}} \text{ pro } y^{\frac{2}{3}} + x^{\frac{2}{3}}, \text{ translatisque terminis } a^{\frac{3}{2}} - x^{\frac{2}{3}} - y^{\frac{2}{3}} = 3a^{\frac{3}{2}} x^{\frac{2}{3}} y^{\frac{2}{3}}. \text{ Quæ aequatio, si elevetur ad potestatem cubicam, & opportune ordinetur, fieri}$$

$$y^6 + 3x^2 y^4 + 3x^4 y^2 + x^6$$

$$- 3x^4 y^4 + 21x^2 y^2 - 3x^2 x^4$$

$$+ 3x^4 y^2 + 3x^4 x^2 = 0, \text{ quæ est curva sexti gradus.}$$

$$- x^6$$

$$3$$

Si fiat $x = 0$ provenient $y^2 - a^2 = 0$; ergo $y = \pm a$. Itaque facta AG = a , curva transibit per G. Similiter ostendam facta AH = a , curvam transire per H. Suo loco ostendetur, curvam in puncto F tangi a linea BC, et in punctis G, H a lineis AG, AH. Ut curva integra generetur, motus faciens est non solum in angulo GAH, sed etiam in tribus aliis angulis, KAH, KAI, IAG.

19. Problema sextum. Linea LAN transiens per punctum A (Fig. 23) insistat ad angulos rectos supra BC, quæ moveatur intra angulum rectum BAC, quæ-

queritur curva a puncto N descripta. Agatur NM normalis in AM, & vocetur $AM = x$, $MN = y$, $AN = \sqrt{x^2 + y^2}$, & $BC = z$. Similitudo triangulorum dat

$$AM : MN :: AN : NB$$

$$x:y :: \sqrt{x^2 + y^2} : NB = \frac{y}{x} \sqrt{x^2 + y^2};$$

$$NM : AM :: AN : NC$$

$$y:x :: \sqrt{x^2 + y^2} : NC = \frac{x}{y} \sqrt{x^2 + y^2};$$

ergo æquatio provenit $\frac{y}{x} + \frac{x}{y} \sqrt{x^2 + y^2} = z$, sive $y^2 + x^2 = z^2 x y$, quæ elevata ad secundam potestatem, & opportune ordinata fit

$$y^6 + 3x^2y^4 + 3x^4y^2 + x^6 - 6z^2x^4y^2 = 0, \text{ quæ est æquatio sexti gradus. Ut curva integræ}$$

obtineatur, eponet, quemadmodum in superiori, motum fieri in quatuor angulis rectis. Constat autem quatuor foliis æqualibus, quæ quatuor anguli continent.

20. Problema septimum. In data linea rectæ AB (Fig. 14) puncto A applicetur norma NA M, quæ libere circa punctum A rotari possit, eidem rectæ AB normalis linea MN moveri possit motu parallelo. Describente concursum linearum AM, MN datam lineam LM, quartius quamnam curvam descripturum sit punctum N, in quo concurrunt lineæ AN, NM. Vocetur A P = x, PM = z,

$PN = y$. Quoniam angulus est rectus, erit $z:x::x:y$; ergo $z = \frac{x^2}{y}$, in qua æquatione si ponas pro z ejus valorem datum per x ex natura data curvæ LM, invenies æquationem quæsitam. Si LM sit linea recta non transiens per punctum A, vidimus libro superiori sectionem conicam generari; immo si fuerit parallela AB, curva genita erit parabola, quam hac ratione delineavimus. Sit LM curva hujus æquationis $x^{m-n} x^n = z^m$; ergo æquatio curvæ genitæ erit

$$x^{m-n} x^n = \frac{x^m}{y^m}, \text{ seu } y^m = \frac{x^{2m-n}}{x^{m-n}}, \text{ ex qua æquatione, quæ curva gignatur, appetet. Verum diligentius inspiciamus curvam AN, quæ oritur, si LM}$$

fit circumferentia circuli transiens per punctum A, cujus centrum C positum

fit in recta AB. Vocata circuli diametro $= z$, erit $z = \sqrt{z^2 - x^2} = \frac{x^2}{y}$;

ergo $z^2 y^2 - x^2 y^2 = x^4$. Hæc eadem æquatio provenit, si proponatur hoc problema. Descriptio super AB semicirculo, excitataque BE normali diametro, quæritur curva, in qua ducta qualibet AE, quæ curvam fecerit in N, circulum in D, sit semper NE = AD. Hæc autem curva Ciffois Dioclis nuncupatur.

Sed ex nostra constructione proprietatem, per quam Diocles curvam determinavit, demonstremus. Perficiatur circulus ABM, qui fecerit AN in D. Ex B erigatur normalis diametro AB, cum qua concurrat AM producta in E. Ajo EN = AD.

Sungo DM. Quam angulus DAM sit rectus, DAM erit semicircumferentia; Ergo DM transbit per centrum, & erit diameter; igitur BM jungens puncta M, B erit aequalis, & parallela AD; ergo ENMB est parallelogrammum, & EN aequalis BM; igitur AD=EN. Q. E. D.

21. Problema octavum. Data chorda MN (Fig. 25) moveatur in circulo, ut ejus puncta extrema semper maneant in circumferentia, in eam ex punto posito in circumferentia cadat normalis AS; quæratur, quam curvam descriurus sit concursum perpendicularis, & chordæ. Ex A ducatur diameter, cum qua concurrat MN producta in L. Ex centro C duc normalis in MN, quam dividet bisariam, & ducatur SX normalis diametro. Vocetur radius CA=a, chorda data MN=b, AX=x, XS=y, erit CO=√(a²-b²), & AS=√(x²+y²). Ob angulum rectum ASL erit AX:X S::XS:XL, seu x:y::y:XL= y/x, & AL=x+ y/x = x²+y²/x, & CL = x²+y²/x - a; atqui est AL:CL::AS:CO; ergo

$$\frac{x^2+y^2}{x} : \frac{x^2+y^2}{x} - a :: \sqrt{x^2+y^2} : \sqrt{a^2-b^2} \text{ sine}$$

$\sqrt{x^2+y^2} \cdot \sqrt{a^2-b^2} = xx + yy - ax$, quæ elevata ad quadratum, atque ordinata est hujusmodi

$$y^4 + 2x^2y^2 + x^4 - 2ax^3y - 2ax^3 - x^2y^2 + b^2x^2 = 0. \text{ Hæc curva quarti gradus apparent instructa folio, } + b^2y^2.$$

quod intra reliquam curvam continetur, ut figura repræfesentat. Si b=0, ut corda mutetur in tangentem, evanescit folium, & curva habet cuspis in A. Si b=a, ut corda sit aequalis diametro, generatur circulus, cujus diameter est AC. Quod indicat æquatio, quæ sit quadratum compleatum, cujus radix

$$y^2 + x^2 - ax = 0, \text{ quæ est æquatio circuli.}$$

22. Problema nonum. Normæ ABE (Fig. 26) applicetur regula AE mobilis circa punctum A, tum alia regula MX ita constituantur, ut dum movetur, semper normalis remaneat rectæ AE. Fili, cuius longitudine æquat daram AB, exterminalia una alligetur normæ in A, alia regula MX in punto extremo X. Fiat motus ita, ut filum distendatur juxta rectas AB, MX, quæratur curva a punto M descripta. Quoniam filum AXM=AB, ablato communi AX fieri MX=XB; ergo ob angulos rectos XME, XBE erit ME=BE. Rectæ AB normalis ducatur MP. Sit AP=x, PM=y, AB=a, erit BP=a-x, & AM=√(x²+y²). Jam vero est AP:PM::AB:BE, seu x:y::a:bE=ay/x=EM; sed AP:PB::AM:ME; ergo x:a-x::√(x²+y²):ay/x, igitur

$$ay = a-x \cdot \sqrt{x^2+y^2}, \text{ qua quadrata, & opportune reducta invenimus}$$

$$\frac{x^2 - 2ax + x^3}{x-a} = y^2, \text{ quæ est æquatio tertii gradus.}$$

23. Ab instrumento non describitur nisi curvæ pars A M B simul cum æquali posita ad alteram partem lineæ A B. Sed secta B D = A B, æquatio satis demonstrat, ordinatam esse realem, donec abscissa x sit minor A D = 2 a; ergo ad utramque partem curva protendetur ultra punctum B, immo erit asymptotica lineæ D Q, quæ ducitur normalis A D. Ut descripta parte A M B partis B a M constructionem suppleamus, sumatur filum, cuius longitudine = A D = 2 A B, extremitas una alligetur in P regulæ P M, altera in 2 P regulæ 2 P 2 M; filum autem transeat per punctum A. Distento filo moveatur regula 2 P 2 M versus D, & per filum trahat regulam P M versus A; hæc autem regula semper infistant normæ litteræ rectæ A D. Dum hic motus peragitur convertatur regula A M 2 M circa A, ut transeat per M, in quo ordinata M P fecat curvam A M B. Hoc motu punctum intersectionis rectarum A E 2 M, 2 P 2 M describet partem curvæ B a M. Nam quum filum sit duplum A B, & filum circumvolutum A P sit duplum A P, erit P a P duola P B, ergo P B = B a P; Ergo E M = E 2 M, sed E M = B E; ergo E a M = B E, quæ est proprietas curvæ quæ sit.

CAPUT OCTAVUM.

De curvarum ramis in infinitum excurrentibus
& de asymptotis.

1. IN superiore libro plura verba feci de proprietatibus linearum secundi ordinis, nunc methodos aperiam, quibus linearum superiorum ordinum proprietates deteguntur. Primum de ramis in infinitum excurrentibus, & de eorum asymptotis agam, quia ex eorum numero, & proprietate diversa genera curvarum possimum distinguuntur. Si linea curva quæcumque ramum habeat in infinitum excurrentem, ducta ex punto infinite distante ordinata normali, notissimum est, aut abscissam, aut ordinatam, aut ambas infinitas esse. Quapropter si curva habeat ramum infinitum, vel abscissæ finitæ respondebit ordinata infinita realis, vel abscissæ infinite magnæ ordinata realis vel finita, vel infinita. Ex hac animadversione ramorum in infinitum excurrentium plenissima descendit investigatio. Æquationem propositam in plura membra distribuo nempe P, Q, R, S &c. Primum membrum P terminos omnes continet, in quibus summa exponentium coordinatarum x, y est omnium maxima, quam voco = n . Secundum Q continet terminos, in quibus eadem summa = $n-1$. Qui vero habent exponentium summam = $n-2, n-3$ &c. componunt membra R, S &c.

2. Spectandum est præcipue primum membrum P. Si hoc nullum habeat factorem simplicem realem, sed omnes imaginarios, quod solum evenire potest existente n numero pari, curva caret ramis infinitis, atque omnis intra spatiū finitum continetur. Etenim advertendum est, in supremo membro P terminos x^n, y^n decesse non posse, quia secus P esset divisibile per y , aut per x , atque adeo factores duas non essent imaginarii, quod est contra hypothesis. Verum

rum si curva haberet ramum infinitum, aut utraque, aut alterutra ex coordinatis x, y infinita esset; ergo P æquaret infinitum elatum ad potestatem n , hoc est ∞ ; atqui sequentia membra Q, R &c. ad summum æquant ∞ , ∞^{n-1} , ∞^{n-2} &c., atque adeo respectu primi evanescunt; ergo æquatio fit $P = 0$; atqui quum in P nullus sit factor realis, nulla est hujus æquationis radix realis; igitur nulla est ordinata infinita realis, neque ulli abscissæ reali infinitæ respondet ordinata realis aut infinita, aut finita; ergo curva nequit excurrere in infinitum. Hinc vidimus in libro secundo curvam æquationis

$$y^2 + axy + bx^2 + cx + dy + e = 0 \text{ nullo præditam esse ramo infinito, si } \frac{d^2}{4} < b,$$

in quo casu supremum membrum $yy + axy + bx^2$ in factores reales non resolvitur.

3. Si in supremo membro P sit factor realis $ay - bx$, mutatis coordinatis æquationi ejusmodi comparari potest, in qua supremi membra factor realis sit ipsa ordinata. Curva æquationi satisfaciens sit HCK, (Fig. 1) existentibus abscissis $AB = x$, ordinatis $BC = y$. Ex initio abscissarum A agatur linea AD faciens cum A angulum A , cujus tangens $= \frac{r b}{a}$; species r indicat sinum totum;

ergo $Sc. A = \frac{rb}{\sqrt{aa+bb}}$, & $Cc. A = \frac{ra}{\sqrt{aa+bb}}$. Ex curva punto C in AD demittatur normalis CD , & novæ abscissæ $AD = r$, novæ ordinatæ $CD = u$. Ducantur BF, BE novis coordinatis parallelæ. Habebimus $BE = \frac{bx}{\sqrt{aa+bb}}$,

$AE = \frac{ax}{\sqrt{aa+bb}}$. Item $BF = \frac{by}{\sqrt{aa+bb}}$, & $CF = \frac{ay}{\sqrt{aa+bb}}$; atqui $s = AE + BF$, & $u = CF - BE$; Ergo

$s = \frac{ax+by}{\sqrt{aa+bb}}$, & $u = \frac{ay-bx}{\sqrt{aa+bb}}$. Quapropter quum loco $ay - bx$ substitui debeat $u\sqrt{aa+bb}$, apparet instituta æquatione inter novas coordinatas s, u , forte u supremi membra P factorem realem. Ex superioribus æquationibus determinantur valores x, y hoc modo $y = \frac{au+bu}{\sqrt{aa+bb}}$, $x = \frac{as-bu}{\sqrt{aa+bb}}$. Hi substituantur, & orietur æquatio, cuius supremum membrum habebit factorem u . I-

dem dicas velim si supremi membra P factorem esset $ay - bx$, $ay - bx^2$ &c.. Namque eadem adhibita methodo æquationem naçiscemur, in qua supremi membra factor erit ordinata quadratum, cubus &c. Quare satis erit spectare æquationes, in quibus ordinata, vel ejus quelibet potestas multiplicetur supremum membrum; ad has enim alia omnes reducuntur. Neque obstat casus, in quo non y , sed x esset factor primi membra; quia in hoc y spectandæ sunt tamquam abscissæ, x tamquam ordinatæ.

4. His præmissis ponō primum y esse supremi membra P factorem, cui nullus aliis æqualis sit. Itaque sit $P = y M$ existente M gradus $n-1$. Exurret itaque formulæ $y M + Q + R + S &c. = 0$; ergo $y = -\frac{Q}{M} - \frac{R}{M} &c.$ sed quum

Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 8.




Fig. 10.





Fig. 10.

Fig. 11.





Fig. 13.




Fig. 14.



Fig. 16.




Fig. 17.







Fig. 19.






Fig. 22.




Fig. 24.





Fig. 26.

quum Q sit gradus ∞^{n-1} , R gradus ∞^{n-2} &c. R, S evanescunt respectu Q; Ergo $y = \frac{-Q}{M}$; atqui tam Q, quam M est gradus ∞^{n-1} ; ergo y finita est. Deletis itaque in Q, M terminis, in quos ingreditur yy utpote evanescen-tibus, fiat $\frac{-Q}{M} = p$, erit $y = p$. Quamobrem hæc æquatio $y = p = o$ continetur in æquatione $P + Q + R + \dots$, si curva abeat in infinitum; atqui $y = p = o$ est æquatio ad lineam rectam parallelam lineæ abscissarum x, existente parallelarum distantiæ $= p$; ergo curva in infinitum producta confunditur cum hac linea recta, quæ erit ejus asymptotum, atque hoc vel x infinita positiva sit, vel negativa. Apparet itaque curvam præditam esse ramis duobus infinitis ad oppositas plagas progradientibus, quorum linea recta parallela abscissis ad utramque partem producta asymptotum est.

5. Hoc quidem evenit, si secundum membrum Q neque ab æquatione absit, neque sit divisibile per y. Hæc duo simul conjungo, quia ad rem nostram pertinet est, quod continet factorem y, & quod in æquatione non sit. Nam si est Q divisibilis per y, fiat $Q = y N$, erit N gradus ∞^{n-1} ; ergo evanescet respectu y M; ergo æquatio subsistet inter terminos y M + R + S &c. = o, quæ æquatio haberetur, si Q omnino abesset. In his casibus fiat $y = \frac{-R}{M} - \frac{S}{M}$ &c. existente M gradus ∞^{n-1} , R gradus ∞^{n-2} , S gradus ∞^{n-3} atque ita deinceps. Hæc æquatio autem valere non potest, nisi y fiat minima, atque evanescens.

6. Si R adsit in æquatione, neque dividiri possit per y, deletis in fractiones $\frac{-R}{M}$ omnibus terminis, in quos y ingreditur, fiat $y = \frac{p}{x}$, existente p quantitate finita. Si R non existat in æquatione, aut habeat factorem y, fiat $y = \frac{-S}{M} = \frac{p}{x}$.

Si præter R etiam S ab æquatione removeatur, aut sit divisibilis per y, invenietur $y = \frac{p}{x^3}$; atque ita deinceps; ita ut generatim fiat $y = \frac{p}{x^g}$. Si g sit impar, & p sit positiva, existente x positiva erit y positiva, existente x negativa y erit negativa; vice versa si p sit negativa. Si g sit par; y semper erit aut positiva, aut negativa, prout p fuerit aut positiva, aut negativa. Ubique autem linea abscissarum est asymptotum curvæ.

7. Hæc progressio quantitatum æquantium y, hoc est interceptam inter curvam, & asymptotum genera diversa asymptotorum clare discriminat. Quare ad distinguenda genera asymptotorum, dicemus asymptotum rectilineum esse ejus indolis, ut intercepta inter ipsum & curvam in punto infinite remoto sit gradus $\frac{1}{\infty}$, aut $\frac{1}{\infty^2}$ aut generatim $\frac{1}{\infty^g}$. Quam autem hæc sit proprietas hyperbolarum

diversi gradus, constat, per hanc methodum determinari hyperbolam, cum qua curva nostra in infinitum producta ardillime conveniat. Quare non solum cognoscis curvam habere pro asymptoto lineam rectam, sed etiam determinas in quanam plaga respectu asymptoti posita sit. Quod si omnes omnino termini R, S &c. ab æquatione absent, æquatio fieret $y M = o$, quæ cum sit divisibilis

per y constat, curvam haberi compositam, quæ coalescit ex linea recta, ex linea scilicet abscissarum, & ex curva gradus $n-1$.

8. Quotiescumque Q aut sit divisibilis per y , aut in æquatione non adsit, nihil est facilius quam genus asymptoti determinare. Quum autem Q adest, y inventatur æqualis quantitati finita $= p$; quod determinat lineam rectam asymptoticam curva, non autem genus asymptoti. Tradenda nunc est methodus determinandi genus asymptoti, quotiescumque y inventur æqualis p quantitati scilicet constanti, quod sepius evenire deinceps apparebit. In hoc casu asymptotum non est linea abscissarum, sed linea huic parallela. Quare mutare oportet coordinatas curvæ ita, ut abscissæ in asymptoto jaceant. Hoc obtinebis si ponas $y-p=n$, & arcis y ab æquatione. Hoc peracto facta \times infinita \times resultabit minima, & ex ejus valore genus asymptoti cognoscetur. Methodum docui, quæ casibus omnibus applicari potest. Ceterum in læpe adhibitis opportunitis artificijs multo expeditius hæc determinatio perficietur.

9. Itaque proposita æquatione quacumque fac determines, quot in supremo membro P adint factores hæmiplices reales non habentes æquales. Quot sunt factores isti in æquatione, tot erunt in curva paria ramorum in infinitum excurrentium, quibus est asymptotum rectilineum. Cujus autem generis sit asymptotum rectilineum, & quemam sit hyperbola, cum qua curva in infinitum producta maxime congruat, ex præmissa methodo patetfacies.

10. Transeo nunc ad æquationem, quæ in supremo membro P habeat duos factores æquales, hoc est y^2 , ut sit $P=y^2M$, existente M functione gradus $n-2$. Equatio igitur fiet $y^2M+Q+R+S \&c. = 0$. Si Q neque absit ab æquatione, neque sit divisibilis per y , evanescientibus præ Q terminis $R, S \&c.$, æquatio subsistet in terminis $y^2M=-Q$. Hæc æquatio vera esse potest, si y^2 sit gradus ∞ , quemadmodum est x , & y gradus $\infty^{\frac{1}{2}}$, hoc est infinita quidem respectu finiti, sed respectu \times infinite exigua; ergo disposita æquatione hoc modo $y^2=\frac{-Q}{M}$, evanescens in fractione $\frac{-Q}{M}$ termini omnes, qui continent y minimam respectu x . Igitur quum Q sit gradus $n-1$, M gradus $n-2$ facta divisione sit $\frac{-Q}{M}=px$, existente p quantitate constante; Ergo $y^2=px$. Hæc æquatio, ut notum est, pertinet ad parabolam appollonianam. Nostra itaque curva in infinitum producta congruat non cum linea recta, sed cum parabola vulgari, quam habet tamquam asymptotum. Si p sit positiva, rami excurrent ad plagam abscissarum positivarum, si p vero sit negativa, ad plagam abscissarum negativarum. Quare curva habet duos ramos in infinitum progredientes ad eamdem plagam, inter quos media est linea abscissarum.

11. Quod si velis parabolam, cum qua curva nostra in infinitum producta congruat arctius, ne omittas terminum sequentem scilicet R , atque æquationem institue $y^2+\frac{Q}{M}+\frac{R}{M}=0$. Quoniam R, M sunt functiones ejusdem gradus $n-2$, eliminatis terminis nullescentibus, peractaque divisione sit $-\frac{R}{M}=q$ quantitati scilicet constanti; ergo æquatio proveniet $y^2=px+q$, quæ pariter est parabola prædicta eadem parametro, sed ejus vertex distat ab initio abscissarum \times per quan-

quantitatem constantem $= \frac{q}{p}$.

12. Nunc supponamus secundum membrum Q esse divisibile per y^2 , ut sit $y^2 N = Q$, existente N functione gradus $n - 3$. Quum M functio sit gradus $n - 2$, manifestum est $y^2 N$ evanescere præ $y^2 M$. Idem itaque est, quod membrum Q absit ab æquatione, & quod sit per y^2 divisibile. Quod dicendum est pariter de membris $R, S \&c.$ In hac hypothesi si R adsit, neque sit divisibile per y , æquatio subsistet in terminis $y + \frac{R}{M} = 0$. Quoniam R, M sunt ejusdem gradus $n - 2$, fractio $\frac{R}{M}$, deletia terminis nullescentibus, evadet æqualis quantitatibus constanti scilicet p ; Ergo $y^2 = p$. Si p sit negativa, y est imaginaria, adeoque nullum ramum habet curva in infinitum extensem. Si p sit positiva, fit $y = \pm \sqrt{p}$; quæ æquatio indicat, curvam duo habere asymptota rectilinea, quæ æque distant a linea abscissarum, eamque medium teneant. Ad genus asymptoti cognoscendum, ut antea docuimus, inveni æquationem, cuius abscissæ capientur sunt in asymptoto ponendo $y - \sqrt{p} = u$, atque hoc peracto ex regulis traditis, vel tradendis cognosces unius asymptoti genus. Similiter facta $y + \sqrt{p} = u$, alterius genus determinabis.

13. In æquatione $y^2 M + Q + R + S \&c. = 0$ si præter Q desit etiam R , aut sit per y^2 divisibilis, æquatio fit $y^2 = -\frac{S}{M} = \frac{p}{x}$. Si S quoque desit, aut habeat factorem y^2 , æquatio erit $y^2 = -\frac{T}{M} = \frac{p}{x^2}$, atque ita deinceps, ut generatim fit $y^2 = \frac{p}{x^k}$, per quas æquationes & numerus ramorum in infinitum percurrentium, & asymptotorum cognoscitur.

14. Verum hoc fusius explicandum videretur. In æquatione $y^2 = \frac{p}{x^k}$, g par esse potest, & impar. Sit g impar. Si p positiva est, ad partes x positivæ y duos valores habet positivum, & negativum. Quare asymptotum hyperbolicum, adeoque curva duos ramos habet, qui medium tenent asymptotorum rectilineum ad partes x positivæ. Ad partes vero x negativæ, y imaginaria est, adeoque nullus ramus infinitus. Contra accidit, si p sit negativa: nam ad partes x positivæ y imaginaria est, ad partes x negativæ y reales valores habet duos positivum, & negativum. Sit g par. Si p sit positiva, y habet duos valores reales ad plagam x tam positivæ, quam negativæ; ergo hyperbolicum asymptotum, & curva prædicta est quatuor ramis infinitis. Si p sit negativa, y semper est imaginaria; ergo curva expresa est ramorum infinitorum.

15. Difficilior est casus, quem Q , aut membra subsequentia sunt divisibilia tantum per y . Exstat Q in æquatione, & sit divisibilis præ y . Si R & sit in æquatione, neque per y dividiri possit, fit $Q = y N$ existente N functione gradus $n - 2$, quemadmodum M, R ; Ergo æquatio subsistit in tribus terminis $y^2 M + y N + R = 0$, quæ facta x infinita locum habere potest, si y finita sit.

Erit

Erit itaque $y^2 - py - q = 0$, quoniam fractiones $\frac{-N}{M}$, $\frac{-R}{M}$ sunt quantitates constantes, quas de more voco p, q . Si æquatio $y^2 - py - q = 0$, nullam habeat radicem realem, & y sit imaginaria, nullus convenit curvæ ramus in infinitum excurrens. Si y duos valores reales habeat duplex est asymptotum rectilineum parallellum lineæ abscissarum; duo autem asymptota in unum convenient, si duo valores y sint æquales. Ad cognoscendum autem genus asymptoti utere methodo, quam antea exposui.

16. Si R absit, aut sit divisibilis per y , æquatio subsistit in terminis $y^2 M + y N + S = 0$, quæ reducitur ad formam

$$y^2 - py - \frac{q}{x} = 0. \text{ Si absit etiam } S, \text{ invenies}$$

$y^2 - py - \frac{q}{xx} = 0$; atque ita deinceps. Si Q in æquatione non sit, aut continet yy , R autem per y dividii possit, ut sit $R = yN$, existente N gradus $n = 3$, si S absit, neque dividii possit per y , æquatio fieri

$$yy - \frac{py}{x} - \frac{q}{x} = 0. \text{ Remoto } S \text{ non autem } T \text{ erit}$$

$yy - \frac{py}{x} - \frac{q}{xx} = 0$, atque ita deinceps. Si etiam R sit divisibilis per yy , sive non existat, S autem habeat factorem y , invenies successivaæ æquationes

$$y^2 - \frac{py}{x^2} - \frac{q}{x^2} = 0$$

$y^2 - \frac{py}{x^2} - \frac{q}{x^3} = 0$, atque ita deinceps. Itaque in his easibus omnibus res reducitur ad æquationem trinomialm $yy - \frac{py}{x^f} - \frac{q}{x^f} = 0$, in qua g nunquam est minor f , sed vel æqualis, vel major.

17. Ut determines, quænam eliciantur, facta $x = \infty$, ex trinomio æquationes, hac utere methodo. Compara duos terminos, & determina gradum y , ut duo termini sint homogenei. Si tertius terminus infinite exiguis reperiatur, æquatio inter duos terminos assumptos locum habet. Si tertius terminus in eodem sit gradu ac assumpti, omitti non potest, sed ipse quoque in æquationem ingredi debet. Si tertius terminus infinitus sit respectu assumptorum, æquatio inter assumptos intercedere nullo modo potest. Idem presta in singulis terminorum partibus. Methodus etiam æquationibus multinomiis applicatur.

18. In trinomio invento, ut primi duo termini sint homogenei oportet, ut y sit gradus $\frac{1}{f}$; ergo isti primi duo termini sunt gradus $\frac{1}{2f}$, tertius vero terminus est gradus $\frac{1}{\infty}$. Si $g = 2f$, tertius terminus est ejusdem gradus, ac primi duo; æquatio igitur in paucioribus quam tribus terminis consistere non potest; erit itaque $y^2 - \frac{py}{x^f} - \frac{q}{x^{2f}} = 0$. Si hujus æquationis radices sunt imaginariae, nullus in cur-

curva ramus infinitus; si ambae reales, existunt duo asymptota hyperbolica gradus $\frac{1}{\infty^f}$

ad idem asymptotum rectilineum, quæ duo in unum coalescent, si radices æquales sunt. Si $g < s f$, ultimus terminus infinitus est respectu primorum; ergo inter primos æquatio valere non potest. Videamus utrum valere possit inter primum, & ultimum. Ut isti termini sint homogenei, debet y esse gradus $\frac{1}{x^f}$, & uterque terminus est gradus $\frac{1}{\infty^f}$; secundus autem invenitur $\frac{\infty^{\frac{1}{2}}}{\frac{x^f}{2} + f}$; atque $\frac{g}{2} + f > g$,

si $2f > g$; ergo secundus terminus respectu reliquorum evanescit. Æquatio igitur valet $y^2 - \frac{g}{x^f}$, quæ genus asymptoti determinat. Comparatio secundi, & ter-

tii termini nihil dat in hæ hypothesi, quia primus respectu reliquorum est infinitus. Si $g > 2f$, æquatio inter primos valet, quia ultimus nullescit; ergo erit $y = \frac{p}{x^f}$, ex qua cognoscitur genus asymptoti. Sed præter hanc aliæ valere pos-

sunt æquationes. Si primus, & ultimus terminus sunt homogenei, secundus ipsi infinites est major, nulla igitur inter hos æquatio. Secundus & ultimus erunt homogenei, si y sit gradus $\frac{1}{\infty^{g-f}}$, quo in casu primus est gradus $\frac{1}{\infty^{2g-2f}}$, ac propterea respectu reliquorum evanescens, est enim $2g - 2f > g$; ergo æquatio valebit $y = \frac{-q}{px^{g-f}}$, quæ genus asymptoti satis designat.

19. Contineat supremum membrum P factorem y^3 , ut sit $P = y^3 M$, existente M gradus $n-3$. Si Q neque absit ab æquatione, neque sit divisibilis per y , æquatio subsisteret in primis terminis duobus, & fieret $y^3 = \frac{-Q}{M}$. Quidam gradus $n-1$, M est $n-3$; ergo y^3 debet esse gradus $\infty^{\frac{1}{2}}$, posita $x=\infty$; ergo y erit quidem respectu finiti major quamcumque data, at respectu x infinitæ est quamcumque data minor. Ejectis porro terminis evanescientibus, peractaque divisione fieret $y^3 = px^2$. Curva itaque in infinitum producta convenit cum parabola secunda. cubica, cuius parameter $= p$, ac proinde habet duos ramos infinitos, unum ad plagam x positivam, alterum ad plagam x negativam. Si p sit positiva, rami jacent ad partes ordinatarum positivarum; ad partes vero negatiavarum, si p sit negativa.

20. Si Q divisibilis sit per y^3 , manifestum est membrum hoc evanescere per primo P , quod de sublequentibus membris dicendum est. Perinde est itaque, quod membra absint omnino ab æquatione, & quod sint divisibilia per y^3 . Si Q dividi possit per y^3 , aut in æquatione non sit, æquatio fieret $y^3 = \frac{-R}{M}$, quæ fractio in hypothesi $x=\infty$ sit $= px$; Ergo $y^3 = px$, quæ est æquatio ad parabolam primam cubicam. Asymptotum itaque non est linea recta, sed cur-

va o dinis parabolici, quæ prædicta est duabus ramis, quorum unus est in regione ordinatarum positivarum, alter in regione negativarum. In hoc casu est infinita, si comparetur cum finito, sed evanescens, si comparetur cum x . Si R quoque habeat factorem y^3 , aut non sit in æquatione, & sequentia membra dividi nequeant per y , æquatio proveniet $y^3 = \frac{-S}{M}$. Quam M, S sint ejusdem gradus, facta x infinita, fractio evadit quantitas finita; Ergo $y^3 = p$. Hæc æquatio habens unam radicem realem, & duas imaginarias docet, unum tantummodo haberet asymptotum rectilineum, cujus gradum per methodum traditam determinabis. Si pariter S divisibilis sit per y^3 , aut in æquatione locum non habeat, erit $y^3 = \frac{-T}{M} = \frac{p}{x}$; Deficiente etiam T exurget $y^3 = \frac{p}{x^2}$, atque ita in reliquis; ut generatim valeat æquatio $y^3 = \frac{p}{x^2}$, quæ asymptoti hyperbolici genus clare determinat.

ao. A tertium membro um æquationis Q sit divisibile per y^2 , ut sit $Q = y^2 N$, existente N gradus $n - 3$. Æquatio sicut in terminis $y^3 M + y^2 N + R = 0$, sive $y^3 + y \frac{N}{M} + \frac{R}{M} = 0$. Quam æquatio nullo modo subsistere possit, nisi y nullificet præ x infinita, quia R est gradus $n - 2$, sit $y^3 - py^2 - qx = 0$. Si y^3 ejusdem ordinis statuatur ac x , terminus medius py^2 evanescet præ reliquis; ergo erit $y^3 = qx$. Hæc æquatio dat asymptotum parabolicum gradus $\infty^{\frac{1}{3}}$, cum quo coeunt duo rami curvæ infiniti ad oppositas plagas progredientes, unum in regione ordinatarum positivarum, aliud in regione negativarum. Præter hanc nulla alia æquatio valere potest. Si R non sit in æquatione, aut dividi possit per y^2 , æquatio invenietur $y^3 - py^2 - q = 0$, quæ subsistit posita y finita. Ordinata y aut unum valorem realem habet, aut tres; in primo caujo unus est asymptotum rectilineum parallelum abscissis, in secundo tria, nisi ramen propter duorum valorum æquitatem duo coalefcant in unum. Quomodo genus asymptoti cognoscatur, ex superioribus constat. Si præter R etiam S absit, aut sit divisibilis per yy , fieri $y^3 - py^2 - \frac{q}{x} = 0$; abscente T orietur

$$y^3 - py^2 - \frac{q}{x} = 0; \text{ atque ita deinceps. Quare nascitur}$$

æcumenicum trinomium $y^3 - py^2 - \frac{q}{x^2} = 0$; Ex hac duæ resultant æquationes nempe $y = p$, quæ dat asymptotum rectilineum, cujus genus inquirendum; $y^3 = \frac{-q}{x^2}$, quæ exhibet genus asymptoti rectilinei. Si absente Q sit R divisibilis per yy , fieri $y^3 - \frac{py^2}{x} - \frac{q}{x^2} = 0$. Si R absit, & S contineat yy , habebis

$$y^3 -$$

$y^3 - \frac{py^2}{x} - \frac{q}{x^2} = 0$; atque ita de reliquis. Quapropter nascitur trinomium

$y^3 - \frac{py^2}{x} - \frac{q}{x^2} = 0$, in quo f non potest esse maior g , sed vel æqualis, vel minor.

22. Evolvamus hoc trinomium, in quo tres casus distinguere oportet; vel enim $g > 3f$, vel $g = 3f$, vel $g < 3f$. In primo casu duæ valent æquationes, nempe $y = \frac{p}{x^f}$, $y^2 = \frac{-q}{p \cdot x^{f-2}}$, quæ genera asymptotorum determinant. Ad idem itaque asymptotum rectilineum duo exurgunt assymptota hyperbolica, nisi unum imaginarium evadat. Si $g = 3f$, facta y ordinis $\frac{1}{\alpha^f}$, tertius terminus est in eodem ordine, ac primi duo; nullus ergo terminus omitti potest. Æquatio aut unam, aut tres radices reales habet, omnes gradus $\frac{1}{\alpha^f}$. Ad idem igitur asymptotum rectilineum aut uuum, aut tria asymptota rectilinea exurgunt ejusdem generis. Duo autem coibunt in unum, si duo valores y sint æquales. Si $g < 3f$, unica æquatio valet, nempe $y^3 = \frac{q}{x^2}$, quæ genus asymptoti designat.

23. Si Q sit divisibilis tantum per y , non autem R , proveniet trinomium $y^3 - pyx - qx = 0$, quod præbet æquationes duas, nempe $y^2 = px$, $y = \frac{-q}{p}$.

Ex prima nascitur asymptotum parabolicum; ex secunda, in qua y est costans, rectilineum, de cuius genere ex methodo tradita inquire. Si R desit, non autem S , erit trinomium $y^3 - pyx - q = 0$, ex qua pariter $y^2 = px$, & $y = \frac{-q}{px}$. Non existentibus in æquatione primum S , tum T &c., provenient trinomia

$$y^3 - pyx - \frac{q}{x^2} = 0$$

$$y^3 - pyx - \frac{q}{x^3} = 0: \text{quare generatim}$$

$$y^3 - pyx - \frac{q}{x^5} = 0. \text{ Ex hoc semper duæ æquationes, scilicet } y^2 = px,$$

$$y = \frac{-q}{p \cdot x^{g+1}}. \text{ Prima dat asymptotum parabolicum gradus } \alpha^{\frac{2}{3}}, \text{ altera hyperbolicum gradus } \frac{1}{\alpha^{g+1}}.$$

24. Non existente Q in æquatione, sit R divisibilis per y , non autem S ,

$V v$ orie-

orientur trinomium $y^3 - py - q = 0$, quæ valet y valorem habentem finitum; Quum y vel unum habeat, vel tres valores reales, unum, aut tria exurgent asymptota rectilinea; duo autem in unum coire possunt, si y duos valores habeat æquales. Si deficit S non autem T, aut unum ex membris subsequentibus, nascetur æquatio $y^3 - py - \frac{q}{x^6} = 0$, in qua duæ æquationes continentur $y^3 = p$, $y = \frac{-q}{p x^6}$. Hæc secunda dat asymptotum rectilineum, & ejus genus:

Prima si p sit negativa est imaginaria, nullumque dat ramum in infinitum excurrentem; si p positiva sit, dat quatuor; duo enim proveniunt asymptota rectilinea.

25. Si non Q, sed aliquod ex membris subsequentibus contineat factorem y , æquatio proveniens erit hujusmodi $y^3 - \frac{p y}{x^f} - \frac{q}{x^e} = 0$, in qua nequit esse $f < g$.

Tres casus distinguere oportet; vel enim $3f < 2g$, vel $3f = 2g$, vel $3f > 2g$. In primo casu valent æquationes duæ $y^3 = \frac{p}{x^f}$, $y = \frac{-q}{p \cdot x^{g-f}}$, quæ

ad idem asymptotum rectum præbent duo asymptota hyperbolica, quorum nota sunt genera. In secundo casu $3f = 2g$, termini omnes sunt homogenei; quare y aut unum, aut tres valores habet, omnes ejusdem gradus $\frac{1}{\frac{g}{3}}$, cui tria asymptota

hyperbolica respondent; duo autem coire possunt in unum, si duo valores y æquales sint. Demum si $3f > 2g$, sola æquatio valbitur $y^3 = \frac{q}{x^e}$, quæ præbet asymptotum rectilineum gradus $\frac{e}{g}$.

26. Ad ultimam hypothesim addeo, in qua adsunt cum termini continentis y^3 , tum continentis y . Si Q habeat factorem y^3 , R factorem y , & S sit in æquatione, occurrit quadrinomium $y^3 - py^2 - qy - r = 0$, in qua y , quæ finita esse potest, unum aut tres valores habet reales; ergo unum, vel tria asymptota rectilinea; duo, aut tria coibunt in unum, si duo, aut tres valores y æquales sint. Si æquatio membro S privata sit, afflatur primum ex membris subsequentibus, quod habetur, ut fiat

$y^3 - py^2 - qy - \frac{r}{x^6} = 0$. In hac duæ æquationes continentur, nempe $yy - py - q = 0$, $y = \frac{-r}{q x^6}$. Prima præbet asymptotum rectilineum nullum, si y sit imaginaria, aut duo, si y realis sit, nisi tamen duæ coeant in unum ob æquales valores y . Altera exhibet asymptotum hyperbolicum gradus $\frac{6}{g}$.

27. Remoto R, S aut aliquis ex terminis sequentibus contineat factorem y , ut oriatur æquatio $y^3 - py^2 - \frac{qy}{x^f} - \frac{r}{x^g} = 0$, in qua f non potest esse major g. Hæc semper continet $y = p$, quæ sufficit asymptotum rectilineum. Præterea si y ponatur minima, manifestum est y^3 evanescere præ py^2 ; ergo æquatio sicut in terminis $y^3 + \frac{qy}{x^f} + \frac{r}{x^g} = 0$, quæ quid in singulis casibus exhibeat, paullo ante docuimus.

28. Reliquum est, ut videamus, quid accidat, si Q deficit, & solum aliquod ex membris subsequentibus ducatur in yy. Proveniet quadrinomium

$$y^3 - \frac{py^2}{x^e} - \frac{qy}{x^f} - \frac{r}{x^g} = 0, \text{ in quo neque } e \text{ potest esse major } f, \text{ neque } f \text{ major } g.$$

Magni, ac prope incredibilis varietas oritur ex diversa exponentium proportione. Ponamus $f = 2e$, $g = 3e$, ex quibus descendit $2g = 3f$. Si y sit gradus $\frac{1}{e}$, omnes termini quadrinomii sunt homogenei, neque ullus omitti potest. Quare y aut unum, aut tres valores reales habebit, omnes ejusdem gradus; ergo aut unum aut tria alymptota hyperbolica ad idem alymptotum rectilinenum.

29. Si inter coefficientes æqualitates superiores locum non habeant, videndum est, inter quos terminos consistere æqualitas possit aliis evanescentibus. Methodum antea traditam usurpabo. Videamus, utrum inter duos primos terminos æqualitas intercedere possit. Ad hanc rem necesse est, ut y sit gradus $\frac{1}{e}$, & y^3 gradus $\frac{1}{3e}$. Si $f > 2e$, & $g > 3e$, æqualitas inter duos primos terminos consistet nullescentibus duobus ultimis. Si $g > 3e$, sed $f = 2e$, tres primi termini constituent æqualitatem, contra si $g = 3e$, $f > 2e$, duo primi, & ultimus terminus necessarii sunt in æqualitate. Si aut $f < 2e$, aut $g < 3e$, æqualitas non subsistit, quia alteruter ex ultimis terminis evadit infinitus præ duabus primis. Inspiciamus utrum æqualitas haberi possit factis duobus ultimis terminis homogeneis. Ad hoc requiritur, ut y sit gradus $\frac{1}{g-f}$; Ergo y^3 gradus $\frac{1}{3g-3f}$, & $\frac{y^2}{x^e}$ gradus $\frac{1}{2g-2f+e}$. Si $3g-3f > g$, seu $2g > 3f$, & $2g-2f+e > g$, seu $g+e > 2f$, ultimi duo termini formabunt æqualitatem. Addendus est secundus, si $g+e=2f$; omisso secundo addendus primus si $g=3f$. Verum si aut $2g < 3f$, aut $g+e < 2f$, quum alteruter ex primis terminis respectu ultimorum evadat infinitus, æqualitas inter duos ultimos locum habere nequit. Eamdem operationem instituens in singulis terminorum paribus, quæ æquationes valent non difficulter determinabis. Hæc autem quam aut binomizæ sint, aut trinomizæ, quæ alymptota præbeant, & quot ramos infinitos ex superioribus conflat.

30. Methodus fatis indicat, quo pacto progredi oporteat, quum supremum membrum P contineat factorem y^4, y^5 &c. Verum quum numerus casuum multiplicetur, advertendum est, ne aliquis omittatur. Nullo autem omisso, proclive est, determinare asymptota cum parabolica, tum hyperbolica, quae curvae convenient. Quae dicta sunt hactenus, opportunum judice, uno saltem exemplo illustrare.

31. Sit proposta aequatio $y^3x \cdot \frac{y-x}{x} - s^3 \cdot \frac{y+x}{x} + s = 0$, atque determinandum, quod ramos infinitos habeat curva aequationi respondens, & quae sint ejus asymptota. Inspiciamus primum, quid exhibeat factor triplus y^3 . Facta

divisione erit $y^3 - \frac{s^3 \cdot \frac{y+x}{x}^3}{x \cdot y-x} + \frac{s^6}{x \cdot y-x^2} = 0$. Ultimus terminus evanescit secundo; aequatio igitur subsistit in primis dubius terminis, quae valere non potest, nisi y finita sit, atque propterea nullefacit praesertim x infinita. Fiet itaque $y^3 = s^3$. Unus est tantum valor realis y , nempe $y = s$; quae aequatio docet, curvam habere asymptotum rectilineum abscissis parallellum. Posito A B D C, (Fig. 2) quadrato, cuius latus $= s$, sumantur abscissæ in A B productæ, ordinatæ parallelæ A C. Linea C D producta erit asymptotum curvæ. Sed cuius generis sit asymptotum nondum constat. Ut hoc per methodum traditam inveniamus, ponamus $y-s=u$, seu $y=u+s$; ergo constat facta x infinita u fore minimam. Peracta itaque substitutione invenio

$$u^3 + 3su^2 + 3s^2u + s^3 - \frac{s^3 \cdot u + s + x}{x \cdot u + s - x} + \frac{s^6}{x \cdot u + s - x^2} = 0. \text{ Quenam } u$$

est minima, & s nullefacit respectu x , fiet $u^3 + 3su^2 + 3s^2u + s^3 - s^3 + \frac{s^6}{x^3} = 0$;

ergo evanescuntibus duobus primis terminis respectu tertii, proveniet $u = -\frac{s^4}{3x^3}$. Asymptotum itaque est generis $\frac{x}{3}$, cui convenient rami duo E, F; primus jacet ad partes u negativarum, alter positivarum. Idem facilius hac methodo cruere potuisses. Non neglecto ultimo termino, aequatio efficit $y^3 - s^3 + \frac{s^6}{x^3} = 0$, seu $y-s \cdot yy+sy+ss = -\frac{s^6}{x^3}$, $y-s = \frac{-s^6}{yy+sy+ss \cdot x^3}$; atqui quum

$$y=s, \text{ est } yy+sy+ss=3ss; \text{ Ergo } y-s = \frac{-s^4}{3x^3} \text{ proferit ut supra.}$$

32. Deinde statuamus, quid ex factore x colligatur. Spectanda est x tamquam ordinata, y tamquam abscissa. Facta divisione erit

$x = \frac{\frac{3}{a} \cdot \frac{y+x^3}{y-x^2}}{y^3 \cdot y-x^2} + \frac{\frac{6}{a}}{y^3 \cdot y-x^2} = 0$. Posita y infinita ultimus terminus nullus leficit præ secundo, & x minima sit necesse est; Ergo $x = \frac{a^3}{y^2}$, quæ dat asymptotum generis $\frac{1}{2}$. Duo rami nascentur G, H uterque ad partes x positivæ.

33. Ut postremo cognoscamus, quos ramos prebeat factor duplex $y-x^2$, ducenda est linea A D, atque æquatio invenienda sumptis in hac abscissis. Abscissæ sumptis in A D sint $= s$, ordinatæ eidem normales $= u$. His positis applicatis formulæ angulo semirecto B A D, erit $s = \frac{y+x}{\sqrt{2}}$, $u = \frac{y-x}{\sqrt{2}}$; Ergo $\frac{s+u}{\sqrt{2}} = y$, $\frac{s-u}{\sqrt{2}} = x$. Igitur factis substitutionibus erit

$$\frac{u+s}{\sqrt{2}} \cdot \frac{s-u}{\sqrt{2}} \cdot 2u^2 - a^3 s^3 \cdot 2\sqrt{2} + a^6 = 0, \text{ sive}$$

$$\frac{u+s}{\sqrt{2}} \cdot \frac{s-u}{\sqrt{2}} \cdot u^2 - 4\sqrt{2} a^3 s^3 + 2a^6 = 0: \text{ ergo}$$

$$\frac{u^2 - 4\sqrt{2} a^3 s^3}{u+s \cdot s-u} = 0, \text{ relieto ultimo termino evanescente respectu secundi;}$$

$$\text{ergo, quum } u \text{ minima sit oporteat respectu } s, \text{ fiet } uu = \frac{4\sqrt{2} a^3}{s}.$$

Asymptotum itaque hyperbolicum est generis $\frac{1}{2}$. Quapropter rami duo infiniti habebuntur ad partes s positivæ, qui medium tenebunt asymptotum rectilineum: Curva habet sex ramos in infinitum protenos & tria asymptota generis $\frac{1}{3}$, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{3}$. Quomodo rami in spacio finito conjugantur, non spectat ad præsentem theoriam.

CAPUT NOVUM.

De contactibus, atque osculis.

1. **Q**uemadmodum indeolem, atque naturam ramorum in infinitum extensorum deteximus, lineam rectam, vel curvam simpliciorem assignantes, que cum curva in infinitum producta confundatur; ita in præsentia curvam in spacio finito spectantes ad illius naturam cognoscendam, rectam, vel curvam simpliciorem inquiremus, quæ cum illius portione per minimum saltem spatiū congruat. Ac primo quidem lineam rectam investigabimus, quæ cum curve tractu minimo congruat, sive quæ habeat cum curva communia saltem puncta duo

duo infinite proxima; quæ linea appellari solet tangentis. Deinde de lineis curvis verba faciemus, quæ cum data curva portione accuratius, atque arctius, congruant, quæque oculatrices solent nominari. Ac primum de rectis tangentibus.

2. Sit curva qualibet MCE (Fig. 1), cuius æquatio relate ad coordinatas A B, BC data sit. Assumpto quolibet alio puncto D agatur ordinata DE, & ex punto C ducatur CF parallela AB. Vocetur $AB = p$, $BC = q$, quæ due, ad inveniendam tangentem puncti C, tamquam conflantes accipiendoant. Vocetur $CF = x$, $FE = y$, erit $AD = p + x$, $DE = q + y$. Ex æquatione, verlante inter $p + x$, & $q + y$ dematur æquatio inter p , q , remanebit æquatio simplicissima inter x , y , in qua nullus terminus ex iolis constantibus contabit. Quare hanc formam induet


$Ax^2 + By^2 + Cx^3 + Dxy + Ey^3 + Fx^2 + Bx^2y + Hxy^2 + Iy^3$ &c. Coefficients A , B , C , &c. sunt quantitates coalescentes ex p , q , & ex constantibus, quas includit æquatio curvæ. Hæc nova æquatio, quæ refertur ad lineam abscissæ CF, & in qua initium abscissarum est ipsum punctum C, nullo negotio tangentem puncti C determinat.

3. Illud est profecto certissimum, facta $x = 0$, esse quoque $y = 0$. Quum autem minimæ, seu evanescentis portionis curva indoles sit investiganda, sumenda est minima, & evanescens abscissa $CF = x$; quo in casu evanescit quoque ordinata $FE = y$. Sed si x , y sint minimæ, & evanescentes, ipsis infiniti minores erunt x^2 , xy , y^2 ; multo adhuc minores x^3 , x^2y , xy^2 , y^3 , atque multo magis omnes, quæ sequuntur; ergo quum istæ omnes præ primis, quæ infinites ipsis majores sunt, omitti possint, æquatio subsistet in duobus terminis $Ax^2 + By^2 = 0$. Hæc autem æquatio, cum sit ad lineam rectam CE tranfusentem per punctum C, aperte demonstrat hanc rectam, si punctum E proxime accedat ad C, cum curva congruere. Itaque erit linea recta CE tangens curvæ in puncto C, quæ proinde facilis negotio determinatur. Produtum CE, donec cum AB concurrat in G. Erit ex similitudine triangulorum FE : CF seu $y : x :: CB : BG$; sed ex æquatione inventa $y : x :: A : -B$; ergo $A : -B :: CB : BG = \frac{-B}{A} CB$. Hæc autem linea vocari solet subtangens.

Quæ quum ita sint, ad inveniendam subtangentem hac regula utere. In data æquatione curvæ pro x , y scribe p , q ; tum in eadem pro x , y substitue $p + x$, $q + y$; primam æquationem deme ex hac secunda. Quæ refultat æquatio, ita ordinetur, ut potestates lineares constituant veluti primum terminum, tum quadratice, postea cubicæ, atque ita deinceps. Omissis omnibus superioribus æquationibus statuatur in linearibus, atque ex hoc inveniatur proportio inter y , x , quæ sit $A : -B$; erit subtangens $BG = \frac{-B \cdot q}{A}$.

4. Paucæ aliquot exempla propono. Sit parabola æquationis $ax = yy$. In hac æquatione scribo primum p pro x , & q pro y , ut sit $ap = qq$; tum $p + x$ pro x , & $q + y$ pro y , ut sit $ap + ax = qq + 2qy + yy$. Demo ex hac primam, & provenit $ax = 2qy + yy$, sive $ax - 2qy - yy = 0$; omisso yy , quæ quantitas nullescit evanescientibus ordinatis, fit $ax - 2qy = 0$; ergo $y : x :: a : 2q$; Ergo $-B = 2q$, $A = a$; Erit itaque subtangens $BG = \frac{2q}{a}$;

Tom. I. Tab XXXII. pag. 342.



atqui $\frac{xy}{a} = p$; Ergo $BG = 2p$. Est itaque subtangens BG dupla abscissa AB , sicut alias probavimus.

5. In aequatione hyperbolæ inter asymptota $aa = xy$, pro x, y (Fig. 2) substitue p, q , ut sit $aa = pq$; deinde substitue $p+x, q+y$, ut sit $aa = pq + py + qx + xy$. Deme unam ex alia, & proveniet $o = py + qx + xy$. Omisso xy , qua nullescit respectu aliorum terminorum, invenies $y : x :: -q : p$; Ergo subtangens $= -p$. Quum proveniat negativa, sumenda est non ad partem, ubi initium abscissarum positum est, sed ad partes oppositas. Subtangens igitur $BG = AB$, ut alias demonstratum est.

6. Aequatio Ellipsis est hujusmodi $aa - xx : y^2 :: aa : bb$. Pro x, y scribe p, q , ut sit $aa - pp : qq :: aa : bb$; tum scribe $p+x, q+y$, ut sit $aa - pp - 2px - xx : qq + 2qy + yy :: a^2 : b^2$; Deme ab altera primam, & fieri $-2px - xx = \frac{aa}{b^2} \cdot 2qy + yy$; ergo omisso omittendis $-2px = \frac{aa}{b^2} \cdot 2qy$,

five $y : x :: -p : \frac{aa \cdot q}{b^2} :: q$ ad subtangentem $= \frac{-a^2 q}{b^2 p} = \frac{a^2 - p^2}{p}$ prout alias invenimus.

7. Ad ultimum exemplum sit linea tertii ordinis, cuius aequatio $xy = a^2 x + a^2 y$. Pro x, y primum scribe p, q erit

$pq = a^2 p + a^2 q$; tum scribe $p+x, q+y$, ut fieri $pq + 2pqy + py^2 + q^2 x + 2qx y + xy^2 = a^2 p + a^2 x + a^2 q + a^2 y$. Ex hac superiori dene, ut nascatur $2pqy + py^2 + q^2 x + 2qx y + xy^2 = a^2 x + a^2 y$. Relatis superioribus dimensionibus aequatio orietur $q^2 - a^2 x = a^2 - 2pq.y$; Ergo $y : x :: q^2 - a^2 : a^2 - 2pq :: q$ ad subtangentem $= \frac{a^2 q - 2pq^2}{a^2 - a^2}$. Hæc autem exempla sufficient ad methodum illustrandam.

8. Redeamus ad formulam acumenicam $Ax + By = o$, (Fig. 1) per quam curvæ tangens determinatur. Si in ea sit $A = o$, fieri $y = o$; ergo tangens coincidet cum linea CF parallela AB . Contra si $B = o$, fieri $x = o$; ergo tangens coincidet cum linea BC , eritque parallela ordinatis. Quotielcumque ordinata BC sit omnium, quæ ad utramque partem ducantur, vel maxima, vel minima, necesse est, ut tangens puncti C sit aut parallela abscissis, aut falso parallela ordinatis; ergo erit aut $A = o$, aut $B = o$. Licer proportionatio hæc sit verissima, tamen cave, ne eamdem convertas, & pronuntias, quotielcumque $A = o$, & tangens est parallela abscissis, aut $B = o$, & tangens est parallela ordinatis, ordinata est omniū maxima vel minima; fieri enim potest, ut in illis punctis curva aliud singulare habeat, quod maximam, minime ordinatam, ut deinceps parebit, rejciat. Veruntamen si aliunde constet, maximam minimam ordinatam existere, eam deteges supponendo aut $A = o$, aut $B = o$. Unico exemplo rem aperiam. Notum est, curvam cuius aequatio

tio $2ax^3y = 2x^3 + ax^2 - ax$, habere duas maximas ordinatas, alteram positivam, alteram negativam. Detegendi sint valores abscissarum, quibus maximæ ordinatae respondent, scribe p pro x , q pro y , ut fiat $2aq = 2p^3 + ap^2 - ap$. Scribe item $p + x$ pro x , $q + y$ pro y , ut habeas

$$\begin{aligned} 2aq + 2apx &= 2p^3 + 6p^2x + 6px^2 + 2x^3 \\ &\quad ap^2 + 2apx + ax^2 \\ \hline 2ax^3y &= 6p^2 + 2ap - ax^2 + 6p + ax^2 + 2x^3. \end{aligned}$$

Detracta prima ex aequatione
altera, nascetur

$$6p^2 + 2ap = a^2, \text{ quæ resoluta dabit valorē dues } p, \text{ nempe } p = \frac{-a \pm \sqrt{a^2 + 12}}{6}.$$

Harum abscissarum ordinatae erunt duæ maximæ, quæ queruntur.

9. Quod si utraque ex constantibus A , B sit $= 0$, tum in aequatione coordinatarum CF , FE negligi non possunt termini, in quibus variabiles ad secundam dimensionem ascendunt, quia hi non nullescunt respectu $Ax + By$.

Quapropter consideranda erit aequatio $Cx^2 + Dx + Ey^2 = 0$. Si in hac $DD < 4CE$, radices omnes erunt imaginariæ, excepto casu x , & $y = 0$. Itaque punctum C pertinet quidem ad curvam, sed est sejunctum a reliqua curva, & punctum conjugatum exurget; in quo definit ovalis conjugata in punctum evanescens. Relate ad hoc punctum ne idea quidem tangentis locum habere potest, quia tangens est linea recta transiens per duo puncta proxima curvæ. Ex hoc autem habes criterium cognoscendi, utrum curva prædicta sit puncto conjugato.

10. Si $DD > 4CE$, aequatio est divisibilis in duas hujus formæ $ax + by = 0$, quarum utraque æque competit curvæ. Igitur, quum ab utraque positio tangentis determinatur, necesse est, ut in eo punto duplex conveniat tangens; quod evenire non potest, nisi duplex ejusdem curvæ ramus in eo punto te interseceret. Quare sumpta $CF = x$, pone FE , F_2E (Fig. 3) æquales duplii valori y , quem duplex aequatio suppeditat; tum jungantur CE , C_2E , hæc linea rectæ duos ramos curvæ contingent in punto C .

11. Si vero fuerit $DD = 4CE$, tom ambae istæ tangentes CE , C_2E coincident, & angulus EC_2E nullus fiet. Quod indicat, ramos curvæ duos non tantum concurrere, sed etiam eamdem directionem habere, adeoque se invicem tangere. In his omnibus casibus punctum C censendum est duplex, quia recta per hoc punctum ducta, in duobus punctis curvam secare judicandum est. Igitur quum in aequatione coordinatarum CF , FE æquales nihil sunt ambo coefficientes A , B , statuendum est, curvam in C habere punctum duplex. Punctorum porro duplicitum tres sunt species. Vel enim punctum duplex est punctum conjugatum, sive ovalis in punctum definitus; vel duorum ramorum intersectio mutue, seu nodus; vel duorum ramorum contactus. Hæc diversas puncti duplicitis species triplex aequationis $Cx^2 + Dx + Ey^2 = 0$ constitutio definit.

12. Si præter coefficientes A , B , tres etiam sequentes C , D , E omnes nul-

lescerent, æquatio instituenda esset inter terminos, in quibus x, y tres obtinent dimensiones ita, ut sit $Fx^3 + Gx^2y + Hxy^2 + Iy^3 = 0$. Si hæc æquatio unicum habeat factorem realem, duos imaginarios, ostenderet unum curvæ rami per punctum C transire, ejusque tangentem determinabit; tum patescier, evalem evanescere in punto C, ibique latere punctum conjugatum. Si radices omnes æquationis fuerint reales, cognoscemus, tres curvæ ramos in punto illo se intersecare vel tangere, prout radices fuerint inæquales, vel æquales. Quidquid horum acciderit, curva in C donata erit puncto triplo, & rectam per hoc punctum transeuntem in tribus punctis curvam secare, censendum erit.

13. Quod si præter coefficientes omnes præcedentes, etiam quatuor F, G, H, I nulli fiant, tum ad naturam punctorum, & tangentium positionem cognoscendam, illi termini assumendi sunt, in quibus x, y quatuor obtinent dimensiones. Obtinebitur proinde punctum quadruplex, in quo vel duæ ovalis evanescentes simul conjunguntur, & duplex existit punctum conjugatum; vel una tantum ovalis nullescit, & punctum inest conjugatum, atque simul duo curvæ rami se fecant, aut tangent, prout duæ reales radices inæquales fuerint, vel æquales; vel tandem quatuor rami curvæ se intersecant, aut tangent, prout quatuor reales radices vel inæquales fuerint, vel æquales. Hoc progressu aperte cognoscetis, quid curvæ accidat, si assumendi sint termini quinque, sex, aut plurimum dimensionum.

14. Quemadmodum ad cognoscendam naturam ramorum in infinitum extensorum latis nobis non fuit, determinare lineam rectam, seu asymptotum retinaculum, cum quo curva in infinitum producta confundatur, sed etiam simpliciorem curvam definitivimus, cum qua nostra in infinitum extensa arctissime congruat; ita in præsenti ad curvaturam penitus conoscentiam post inventam directionem rectæ tangentis, oportet determinare curvam simpliciorem, cum qua curva in dato punto maxime cohæreat; qui arctissimus contactus a geometris vocari solet osculatio. Ut rectum ordinem sequamur, hanc definitionem præmittimus. Duarum curvarum minimi arcus duo AM, AN (Fig. 4) habentes communem tangentem scilicet osculari dicentur, quum ordinatarum LM, LN cuiuscunque abscissæ respondentia differentia MN ad ipsas minorem habeat rationem quacumque data. Fac advertas ad rationem osculi non sufficere, ut MN differentia ordinatarum LM, LN, quæ extrema sunt, sit ad ipsas in ratione minore quacumque data, sed requiri, ut hoc verificetur in ordinatis omnibus, quæ medie sunt inter puncta A, L ita, ut sit ubique QR:PQ, aut PR in minore ratione quacumque data. His præmissis.

15. Ajo, circulum cujus radius = a osculari parabolam apollonianam in vertice, cujus parameter = 2a. Sit circulus AMB, cujus radius CA = CB = a, & parabola AND, cujus parameter = 2a. Accepta minima AL agatur LMN. Ex natura circuli erit $2a \cdot AL - AL^2 = LM^2$, sive $2a \cdot AL = LM^2 + AL^2$; Ex natura parabolæ erit $2a \cdot AL = LN^2$; Ergo $LN^2 = LM^2 + AL^2$, & extracta radice $LN = LM + \frac{AL^2}{2LM}$, sequentes termini negliguntur, utpote evanescentes. Igitur $LN - LM = MN = \frac{AL^2}{2LM}$. Si LM, adeoque arcus ponatur

gr. $\frac{1}{\infty}$, erit AL gr. $\frac{1}{\infty^2}$; ergo MN gr. $\frac{1}{\infty^3}$. Ergo MN respectu LM, & LN minor est quacumque data. Quz demonstratio valet, quodcumque sumatur punctum P inter puncta A, L; igitur sepe arcus AM, AN osculantur. Q. E. D. Quoniam circulus eamdem ubique obtinet curvaturam, utile semper vilum est geometris cognoscere circulum, qui curvam osculetur in dato punto. Ex hac vero propositione si determinata sit parabola, cuius vertex in dato punto curvam osculetur, cognoscetur etiam radius circuli osculatoris, & institui poterit comparatio inter curvaturam curve in dato punto, & curvaturam circuli. Inventa per curvaturam circuli curvatura parabolæ vulgaris in vertice, cum base comparo curvaturas aliarum parabolæ in vertice. Hanc ob rem sequentes propositiones enuncio, quz maxime attendendæ sunt.

16. Parabolam ARM (F. 5), cuius æquatio sit $x^{n-m} \cdot x^m = y^n$ existente $\frac{n}{m} > 1$, nequit in vertice osculari parabola apollonica, tametsi parametru prædicta sit infinita. Sumpta minima AL agatur ordinata LM. Ex natura parabolæ erit

$$x^{n-m} \cdot AL^m = LM^n; \text{ ergo } x^{\frac{n}{m}} \cdot AL^{\frac{m}{n}} = LM; \text{ ergo quadrando}$$

$$x^{\frac{n-2m}{n}} \cdot AL^{\frac{2m}{n}} = LM^2, \text{ sive } \frac{x^{\frac{n}{n-2m}}}{AL^{\frac{2m}{n}}} = LM^2. \text{ Quare ut parabo-}$$

la apollonica ordinata, respondens abscissa AL adæquet LM, necesse est, ut

$$\text{ejus parameter } = \frac{x^{\frac{2m}{n}}}{AL^{\frac{n}{n-2m}}}, \text{ quæ est infinita. Parabola itaque vulgaris hac}$$

parametro descripta transfibit per punctum M. Sit ea AQM. Ne tamen judices arcus ARM, AQM sepe invicem osculari. Nam sumpto quolibet punto P,

$$\text{ordinataque PQR, erit ex proprietate parabolæ ARM, } x^{\frac{n}{m}} \cdot AP^{\frac{m}{n}} = PR,$$

& ex proprietate parabolæ conicæ $\frac{x^{\frac{n}{m}}}{AL^{\frac{2m}{n}}} \cdot AP^{\frac{2m}{n}} = PQ$. Igitur

$$PR : PQ :: AP^{\frac{m}{n}}, \frac{AP^{\frac{2m}{n}}}{AL^{\frac{2m}{n}}} : AL^{\frac{2m}{n}} : AP^{\frac{2m}{n}}; \text{ sed AL : AP est}$$

in qualibet data ratione majoris inæqualitatis; ergo etiam PR : PQ potest esse in qualibet data ratione majoris inæqualitatis; ergo QR non est minima præ PQ, PR; non igitur sepe osculantur arcus ARM, AQM. Q. E. D.

17. Iisdem positisi $\frac{n}{m}$ sit < 2 , &e; > 1 , parabolam AQM nequit osculari in vertice parabola apolloniana, tametsi prædicta sit parametro minori quam data. Eodem instituto calculo perveniemus ad æqualitatem

$\frac{AL^n}{2m-2n} = AL^2$. Quare ut parabola conica transeat per punctum M,

debet ejus parameter æquare $\frac{AL^n}{2m-2n}$, quæ est quantitas minima. Ne tamen

putes parabolam apollonianam ARM hac parametro descriptam osculari aliam in vertice. Nam sumpta alia abscissa AP, atque PQR, habebimus has

qualitates $\frac{m-n}{n}$. $AP^{\frac{m}{n}} = PQ$, $\frac{AL^n}{m-n} = AP^{\frac{2}{n}}$. Ergo

$PQ : PR :: AP^{\frac{m}{n}} : AL^{\frac{2}{n}}$. $AP^{\frac{2}{n}} : AP^{\frac{2}{n}} : AL^{\frac{2}{n}}$; ergo $PQ : PR$ potest esse in qualibet ratione minoris inæqualitatis. Ergo arcus AQM, ARN scilicet invicem osculari non possunt. Ex his collig's velim, nullam parabolam, si excipias apollonianam, in vertice habere circulum osculatorem, tametsi diametro prædictus sit aut minima, aut infinita; quare curvatura omnium parabolarum in vertice, excepta conica, est generis toto cœli diversi a curvatura circulari. Hoc autem geometricè demonstrandum curavi, quia analytizæ ad unum omnes docent, curvam, cujus radius osculator sit aut minimus, aut infinitus, habere pro curva osculante parabolam aliquam in vertice ab apolloniana diversam. Quæ doctrina, quum vel maxime abhorreat a veritate, a geometria in perpetuum ejienda est. Quinimo curvaturæ in vertice parabolarum diversi ordinis sunt generis omnino diversi; quod ita demonstrandum aggredior.

18. Posito quod $\frac{n}{m} < \frac{p}{q}$, sjo parolas, quibus convenient æquationes

$\frac{n-m}{m}x^m = y^n$, $b^{q-p}x^p = y^q$ non posse fese in vertice osculari, licet a parameter primæ sit infinite exigua, aut b parameter secundæ infinita. Prima parabola sit ARM, secunda AQM, & ordinata communis sit LM. Ex æquationibus erit $\frac{n-m}{m}AL^m = LM^n$, $b^{q-p}AL^p = LM^q$. Ergo

$\frac{n-m}{m}AL^m = LM$, $b^{q-p}AL^p = LM$. Igitur

$\frac{n-m}{m}AL^m = b^{q-p}AL^p$, sive $\frac{n-m}{m} = AL^{\frac{p}{q}-\frac{m}{n}}$, in qua, existen-

te $\frac{p}{q} > \frac{m}{n}$, si AL sit minima, debet esse aut a minima, aut b infinita;
 Verum hoc etiam supposito nulla habetur osculatio. Nam ducta qualibet ordi-
 nata PQR, habebimus $a^{\frac{n-m}{m}} \cdot A P^{\frac{p}{n}} = P R$, & $b^{\frac{p}{n}} \cdot A P^{\frac{p}{n}} = P Q$; Ergo
 $P R : P Q :: a^{\frac{n-m}{m}} \cdot A P^{\frac{p}{n}} : b^{\frac{p}{n}} \cdot A P^{\frac{p}{n}}$, sive $\frac{a^{\frac{n-m}{m}}}{b^{\frac{p}{n}}} : A P^{\frac{p}{n}} = \frac{P R}{P Q}$; atqui
 $\frac{a^{\frac{n-m}{m}}}{b^{\frac{p}{n}}} = A L^{\frac{p}{n}} - \frac{m}{n}$; Ergo $P R : P Q :: A L^{\frac{p}{n}} - \frac{m}{n} : A P^{\frac{p}{n}} - \frac{m}{n}$, quæ
 $b^{\frac{p}{n}}$

esse potest in qualibet data ratione majoris inæqualitatis; ergo QR minima non
 est respectu rectarum PQ, PR, neque osculantib; fibi invicem sunt arcus
 ARM, AQM.

19. Quandoquidem quilibet vertex diversarum parabolarum, diversi generis
 curvatura prædictus est, commodum erit referre curvaturas curvarum ad diversas
 curvaturas, quæ habentur in parabolarum verticibus. Quælibet duæ CH
 normali tangentib; CG, (Fig. 1) in eamque demissâ ordinata EK, oportet
 questionem revocare inter CF, FE, quæ est hujusmodi nempe

$Ax^3 + By^3 + Cx^2y + Dy^2 + Fx^3y + Gx^2y^2 + Hxy^3 + Iy^3$ &c. = 0 &
 transferre ad novas coordinatas CK, KE, vocatis scilicet CK = x , KE = y . Po-
 namus rationem ordinatæ BC ad subtangente BG, seu minimæ FE ad mi-
 nimam CF, seu subnormalis BH:BC esse ut $a : -b$; igitur trianguli HBC
 latera BH, BC, CH erunt ut $a, -b, -\sqrt{aa+bb}$. Præposui signum —

quantitatæ radicali $\sqrt{a^2+b^2}$, quia quantitates a, b supposui diversis signis af-
 fectas, primam scilicet +, secundam —. Coeterum in accipiendo signo quan-
 titatis radicalis hæc regula tenenda est; si duæ quantitates a, b idem signum
 præfixum habeant, radicali præfige signum +; præfige autem signum —, si
 ipsæ signis affectæ sint diversis. In calculo instituendo, quia posui b effectum
 signo —, etiam $\sqrt{aa+bb}$ eodem signo afficiam. Ex puncto F ducantur FL,
 FI novis coordinatis parallelæ. Similitudo triangulorum has præbet analogias

$$CH:CB::CF:FL$$

$$-\sqrt{aa+bb}:-b::x:FL = \frac{-bx}{-\sqrt{aa+bb}}$$

$$CH:BH::FE:EI$$

$$-\sqrt{aa+bb}:a::y:EI = \frac{ay}{-\sqrt{aa+bb}}$$

CH:BH::CF:CL

$$-\sqrt{a^2+b^2}:a::x, CL = \frac{ax}{\sqrt{aa+bb}}$$

CH:CB:FE:FI

$$-\sqrt{aa+bb}:-b::y:FI = \frac{-by}{\sqrt{aa+bb}};$$

atqui $FL+EI=KE$, seu $\frac{-bx+ay}{\sqrt{aa+bb}}=u$, &

$CL-FI=CK$, seu $\frac{ax+by}{\sqrt{aa+bb}}=s$. Ex quibus valores x, y de terminabuntur hoc modo $x = \frac{as-bu}{\sqrt{aa+bb}}$, $y = \frac{bs+au}{\sqrt{aa+bb}}$. Si valores

hujusmodi substitutas in superiori aequatione, habebis aequationem inter s , & u , quam requiris.

20. Si coefficientes A, B ambo non defint in aequatione, quam hypothesim primum tractandam luscipio, constat fore $A=a$, $B=b$. Quum ex aequatione conflet $Ax+By$ aequaliter esse superioribus dimensionibus x, y , quum ad minima venimus, patet $Ax+By$ fore minimum præ alterutro rectangulo Ax, By , adeoque etiam præ $-Bx+Ay$; Ergo s erit minima respectu u . Ergo in aequatione, si excipias $Ax+By$, quæ aequaliter est $\sqrt{AA+BB}$, licebit pro x substituere $\frac{-Bu}{\sqrt{AA+BB}}$, pro y scribere $\frac{Au}{\sqrt{AA+BB}}$. Igitur aequatio in hanc mutabitur

$$-\sqrt{AA+BB}+CB^3+\frac{uu-GB^2A}{-DAB\sqrt{AA+BB}+HBA^2}\cdot\frac{u^3}{AA+BB\sqrt{AA+BB}} \&c.=0$$

$$\quad +EA^2 -IA^3$$

21. Si coefficientis $CB^3-DAB+EA^2$ non sit $=0$, omittantur termini sequentes, & aequatio inter duos terminos primos scilicet

$$t\cdot\sqrt{AA+BB}\cdot\frac{AA+BB}{+CB^3-DAB+EA^2}=uu$$

exhibebit parabolam appollonianam, ejus

vertex osculatur curvam in puncto dato. Si vero $CB^3-DAB+EA^2=0$, tum in paralogismum caderet, qui post secundum terminum continentem u^3 reliquos omitteret; nam tertius respectu secundi non evanescit, sed potius secundus respectu tertii. Quare aequatio proveniet

$$\frac{\overline{AA+BB}^2\cdot t}{FB^3-GB^2A+HBA^2-IA^3}=u^3$$

, quæ præbet parabolam cubicam, cu-

jus vertex curvam osculator; Atque ita progradientur est deinceps nulliscentibus coefficientibus superiorum potestatum. Quares utrum parabolarum osculatorum parametri infiniti esse possint. Infiniti sine dubio erunt, quoties existente infinita aut A , aut B denominator fractionis respectu numeratoriis nullescat; erunt autem minimæ, quoties utraque A, B minima existente numeratori respectu denominatoris nullescat.

22. Si ambae $A, B = 0$, tum spectandus est secundus terminus $Cx^2 + Dx + Ey^3$, qui est secundi ordinis. Omitamus casum, in quo nullus sit factor realis, qui quum exhibeat punctum conjugatum, nullum locum relinquit neque contactum, neque osculo. Si in prædicto membro duo sint factori s reales inæquales, qui sunt $mx + by, mx + ny$ facta divisione per $mx + ny$ proveniet

$$mx + by + \frac{Fx^3 + Gx^2y + Hxy^2 + Iy^3}{mx + ny} \text{ &c. Substitue pro } x \frac{bu}{\sqrt{aa+bb}}, \text{ &}$$

pro y substitue $\frac{-au}{\sqrt{aa+bb}}$ ubique, excepto in $mx + by$, pro quo scribendum

$$-s\sqrt{aa+bb}, \text{ & fieri } -s\sqrt{aa+bb} + \frac{Fb^3 - Gab^2 + Ha^2b - Ia^3u}{mb - na, aa+bb} \text{ &c.}$$

ex qua si coefficiens termini u^3 non $= 0$, habes parabolam apollonianam osculantem curvam propositam. Si coefficiens u^2 sit $= 0$, computato sequenti termino eadem methodo invenies parabolam cubicam; quod si etiam coefficiens u^3 sit $= 0$, ad parabolas superiores quemadmodum antea devenies. Methodus hæc que valet, quotiecumque in primo termino qui non deest in æquatione, existit factor simplex realis, qui non habeat æqualem. Etenim facta divisione per alterum factorum, qui ductus in $mx + by$ dat primum terminum æquationis, peractisque ut antea iisdem substitutionibus, semper inveniemus pro curva osculante æquationem ad parabolam hujus formæ $Mx = u^m$ existente m numero integro.

23. Quod si factores primi memtri duo, aut plures fuerint æquales, restet altioris, ac diffilioris indaginis. Nam licet s debeat esse minima respectu u , tamen non possunt, quemadmodum antea fecimus, omitti termini omnes, in quos ingreditur s, sed dunsaxat illi, in quibus exponentis s est æqualis, aut major numero factorum æqualium. Ut gradatim procedamus, proponamus æqua-

$$\overline{ax+b}^3 + Fx^3 + Gx^2y + Hxy^2 + Iy^3 + Kx^4 \text{ &c. } = 0. \text{ Pro } x \text{ substituto } \frac{-at+bu}{\sqrt{aa+bb}}, \text{ pro } y \text{ autem } \frac{-bt-av}{\sqrt{aa+bb}} \text{ proveniet redactis ad breviorum}$$

formam coefficientibus $ss + csu^2 + du^3 + esu^3 + fu^4 + gsu^4 + bu^5$ &c. $= 0$; nam manifestum est terminos ubi esset s^2, s^3 &c. respectu ad eos, qui scripti sunt, evanescere. Sic $s = 0$, non autem d , æquatio consistet in terminis $ss + du^3 = 0$, quæ est ad parabolam secundam cubicam, & hæc est curva osculatrix. Si præterea tam d quam $s = 0$, æquatio erit $ss + fu^4 = 0$, quæ in duas potest resol-

solvit nempe $s = \pm u^{\frac{2}{3}} \sqrt{-f}$. Si f sit positiva, curva est imaginaria, & punctum est conjugatum. Si f sit negativa, duplex habetur parabola apolloniana curvam osculans una ad partem s positivam, altera negativam, ceterum utraque parabola eadem; atque ita progrediens nullescentibus terminis, in quibus adest s , parabolae osculanties determinabitis.

24. Nunc ponamus c non $= 0$, si neque $d = 0$, patens est su^3 minimam esse respectu u^3 . Quare æquatio subsistet in terminis $ss + csu^2 + fu^4 = 0$, ut antea. Verum si $d = 0$, evanescere su^3 respectu u^3 æquatio consistet in terminis $ss + csu^2 + fu^4 = 0$, in qua si s , & u^2 ejusdem gradus ponantur, omnes termini inveniuntur ejusdem gradus. Si æquatio nullum habet factorem realem, indicat nullam esse curvam osculatricem, sed tantum ibi adest punctum conjugatum. Si vero habeat duos factores reales, relinquetur in duas hujus formæ $s = Mu^{\frac{1}{3}}$, quæ indicant duos ramos curvarum, a duabus vulgaribus parabolis osculari; quæ duæ parabolæ in unam coeunt, quoties duo factores æquales sint. Si etiam $f = 0$, evanescere su^4 respectu u^2 æquatio statuatur in terminis $ss + csu^2 + bu^3 = 0$. Si s , u^2 ejusdem gradus ponantur esse, u^3 respectu horum evanescet; quare æquatio duos tantum terminos complectetur $ss + csu^2 = 0$, quæ divisa per s exhibet $s + cu^2 = 0$, quæ est ad parabolam apollonianam.

Si vero ss ponatur ejusdem gradus ac u^5 , seu s ac $u^{\frac{2}{3}}$, su^2 est infinite magna respectu reliquorum terminorum; ergo æquatio non potest subsistere. Ponamus s , & u^3 ejusdem gradus, ss respectu reliquorum terminorum evanescet, & æquatio versabitur inter ultimos duos nempe $csu^2 + bu^3 = 0$, seu $cs + bu^3 = 0$, quæ dat parabolam primam cubicam pro curva osculante alterum ramum. Idem dicas velim, si existente $b = 0$ considerandus foret terminus u , atque ita deinceps.

25. Si c , & $d = 0$ non autem e ; si f non sit $= 0$ evanescet su^3 respectu u^4 ; Ergo æquatio $s^2 = -fu^4$ quam paullo ante invenimus. Si $f = 0$, evanescere $s u^4$ respectu u^3 tres termini erunt considerandi nempe $ss + csu^2 + bu^3 = 0$. In haec alia non potest valere æquatio præter $ss + bu^3 = 0$, quæ exhibet parabolam osculantem. Si $b = 0$ tres termini erunt considerandi, hoc est $ss + csu^2 + ku^6 = 0$, qui omnes sunt homogeni, si s sit ejusdem gradus ac u^3 . Æquatio vel nullum habet factorem realem, & indicat punctum conjugatum; vel duos factores reales habet, & ad duas parabolas erit formæ $s = Mu^{\frac{1}{3}}$, quæ duæ parabolæ duos osculantur curvarum ramos. Haec autem in unam coeunt, si factores æquales sint. Si $k = 0$, æquatio oriretur $ss + csu^2 + mu^7 = 0$, ex qua duæ eliciantur æquationes nempe $ss + csu^2 = 0$ sive $s + cu^3 = 0$, quæ est parabola osculans unum

num ramum; tum $ssu^3 + mu^7 = 0$, seu $ss + mu^4 = 0$, quz est parabola osculans ramum alterum; atque ita deinceps.

26. Quare in his casibus generalis aequatio predibit $ss + Asu^p + Bu^q = 0$, in qua p debet esse < 2 ; si enim esset aequalis, aut major secundus terminus prx tertio evanesceret; p autem debet esse > 1 , quia si esset aequalis, s non evanesceret respectu u . In aequatione si $q = 2p$, omnes termini sunt homogenei. Aequatio autem vel nullum habet factorem realem, & tunc indicat punctum conjugatum; vel duos habet factores inaequales, & tunc resolvitur in duas hujus formarum $s = Mu^p$, quz dant duas parabolas osculantibus; duæ autem parabolæ in unam convenient, si factores aequales sint. Si $2p > q$; aequatio sola resultat $ss + Bu^q = 0$; quz aut resolvitur in duas si q sit par, aut dat parabolam unam osculantem si q sit impar. Demum si $2p < q$; duæ valebunt aequationes hujus formarum $s + Au^p = 0$, $As + Bu^q - p = 0$, quz præbent duas parabolas osculantibus duos ramos curvæ in eodem punto.

27. Si factor duplex $ax + by$ multiplicaretur per quamlibet aliam functionem integrum x, y , eadem valeret methodus. Nam facta divisione, si substituantur pro x, y vaores dati per s, u ; manifilest est in dividore omnes terminos continentes s evanescere respectu ejus, qui complectitur solam u . Quare divisione perfecta redit aequatio habens eamdem formam quam superior.

28. Simili modo, si in primo aequationis membro factores aequales fuerint tres, perveniemus ad formulam $s^3 + As^2u^p + Bu^q + Cu^r = 0$, in qua p non potest esse ≤ 1 , & est $p < q, q < r$. Si tam A , quam $B = 0$, aequatio fiet $s^3 + Cu^r = 0$, quz dat speciem parabolæ osculantis. Si r foret divisibilis per 3,

extracta radice cubica fiet $s = -u^3 \sqrt[3]{C}$. Quum $\sqrt[3]{C}$ habeat unum valorem realem, & duos imaginarios, habebimus unam tantum parabolam osculantem curvam in puncto dato, in quo spectandum punctum conjugatum propter duos valores imaginarios $\sqrt[3]{C}$. Si $2p = q$, & $3p = r$, ex quibus nascitur tertia $3q = 2r$, existentibus s, u ejusdem gradus omnes termini sunt homogenei, neque ullus omitti potest. Formula vel habet unum factorem realem, & duos imaginarios & tunc simul cum puncto conjugato habebitur una parabola osculans formarum $s = Mu^p$; vel tres sunt factores reales, & tunc tres sunt parabolæ osculantibus omnes formarum ejusdem; duæ autem, aut tres in unum coeunt, si duo, aut tres factores aequales sint. Si predicta proportio inter exponentes locum non habet, unus, aut duo termini negligi poterunt, inter alias aequatione intercedente. Ut autem cognoscas inter quos terminos aequatio flatuenda sit, hanc require methodum. Pone successively singula terminorum partia in eodem gradu; observa quid fiat reliquias terminis. Si in eodem gradu reperiantur esse, omitti non possunt, sed in aequationem ingredientur; si inveniantur minimi, hi omittantur & inter reliquos aequatio consiliet; si unus ex illis respectu assumptorum infinitus proveniat, ea aequatio valere non potest, & reicienda est. Ita determinatis aequationibus parabolæ omnes invenies, quæ curvam propositam osculantur in puncto dato. Eadem methodo procedendum, si factores aequales fuerint quatuor, quinque aut plures.

29. Ex his, quæ haetenus tradita, atque explicata sunt, constat, nullum esse in curva punctum, in quo alicuius parabolæ vertex curvam non osculetur. Igitur diversæ curvaturæ genera jure optimo per diversa parabolæ generæ possimus discriminare. In plura autem genera, prout res, ac methodus polcit, parabolæ omnes tribuamus. In primo genere eas constituo, quæ continentur æquatione hujus formæ $s = Au^m$ existente m numero integro. Punctum, in quo hæc parabola curvam osculatur, est simplex. Si $m = 1$, curvatura comparabilis est cum curvatura circulari, neque quidquam habet singulare. Si $m = 3$, curva in eo puncto predita est flexu contrario, & ex concava transit in convexam. Si $m = 4$, flexus contrarius apparet nullus; veram in hoc puncto solet spectari flexus contrarius duplex ita, ut curva transeat a convexa in concavam, tum a concava in convexam, quæ puncta flexus, ut ita dicam, invisibilis puncta angues, seu serpentina solent nuncupari. Si $m = 5$, iterum flexus contrarius visibilis, sed triplex spectatur, quia curva a concava fit convexa, tum iterum concava, iterumque convexa. Ita successive in casibus superioribus, ita ut numerus si xuum sit $m = 2$; si m sit par, punctum est serpentinum, & flexus invisibilis; si m sit impair, flexus contrarius apparet.

30. Secundi generis parabolæ preditæ sunt forma $s = Au^m$, quæ ostendunt puncta dupla æquivalentia scilicet duobus punctis simplicibus. Si $m = 3$ (Fig. 6) prodibit culpis primæ speciei, quæ a fig. 6 repræsentantur, in qua duo rami ad eamdem partem positi sibi mutuo convexitates obvertunt. Si $m = 4$, (Fig. 7) ostientur forma figuræ 7, sed hæc nihil aliud est, nisi duplex parabola primi gradus. Generatim autem si m sit impair, rami parabolæ osculantur sicut ut in fig. 6, si m par ut in fig. 7; veram in hoc secundo casu duplex est parabola

m
formæ $= Au^{\frac{2}{3}}$. Itaque punctum duplex in curva habetur, vel quum adest punctum conjugatum, vel quum curvam osculantur in eo duæ parabolæ generis primi, vel quum parabola osculans est generis alterius.

31. Parabolæ tertii generis exprimuntur ab æquatione $s^3 = Au^m$, punctum autem, ubi curvam hæc parabolæ osculantur est triplum. Si $m = 4$ figura est simili apollonianæ, si $m = 5$ adest flexus contrarius, si $m = 6$, provenit una parabola ordinis primi formæ $s = Au^{\frac{1}{2}}$, & propter duas alias æquationes imaginariæ provenit punctum conjugatum duplum. Generatim si m sit impair, figura habet flexum contrarium, si par est similis apollonianæ. Verum si divisibilis sit m per 3, habebitur parabola generis primi simul cum puncto conjugato. Quare punctum triplum in curva habetur, vel cum parabola est generis primi simul cum puncto conjugato; vel quum tres adfint parabolæ generis primi; vel quum una generis primi, alia generis secundi, vel quum una tantum generis tertii.

32. Ne tamen putas, methodum adhibitam demonstrare curvam reapse haberis, ejusque ramos ostendere. Hoc solum probat, eam parabolam osculari curvam, si curva adfit. Verum fieri potest, ut curva ejusque ramus imaginarius sit; quo in caso habebitur punctum conjugatum. Ostendamus hoc exemplo facili. Supponamus nos pervenisse ad æquationem $s^3 - \frac{2Au^2}{s} + \frac{u^4}{s^2} + \frac{u^6}{s^4} = 0$. Utentes me-

thodo hactenus usurpata, quum u^6 evanescat respectu reliquorum, æquatio conficit in terminis $s^2 - \frac{2su^3}{a} + \frac{u^4}{a^2} = 0$, quæ habet duas radices æquales, nempe $s - \frac{u}{a} = 0$. Si quis autem ex hoc inferret, haberi curvam in eo puncto, quod duplum est, ibiqui osculari a duabus parabolis apollonianis, quæ in unam coeunt, in errorem apertissimum laberetur, quia ibi nihil existit aliud præter punctum conjugatum duplum. Quod tibi constabit si æquationem propositam resolvias modo vulgari; nam invenies $s = \frac{u}{a} \pm \frac{u^3}{a^2} \sqrt{-\frac{1}{2}}$, quæ semper imaginaria est. Igitur ex nostra methodo hoc unice colligere potes, parabolam inventam esse osculantem, si curva adsit. Verum hæc potest esse imaginaria ratione eorum terminorum, qui propter exiguitatem omitti sunt. Quapropter nisi tibi constet curvam realem, ibi esse, oportet, ut per aliam methodum hoc investiges, antequam quidquam pronuncies.

33. Si æquatio proposita esset hujusmodi $s^2 - \frac{2su^3}{a} + \frac{u^4}{a^2} + \frac{u^5}{a^3} = 0$; tunc

ut antea omisso ultimo termiso inveniremus duas parabolas apollonianas osculantæ, quæ in unam coeunt. Parabola apolloniana habet duos ramos, qui abscissam s complectuntur. Num propterea curva habet aut unum aut duplex par ramerum complectentium abscissam s? Qui hoc putaret, laberetur in paralogismum, quia duo rami ad partes u positivæ evadunt imaginarii, realibus existentibus duobus, qui ad partem u negativæ positi sunt. Nam si resolvias æquationem, invenies $s = \frac{u}{a} \pm \frac{u^2}{a\sqrt{a}} \sqrt{-u}$. Hæc si u sit positiva est imaginaria, si u sit negativa est realis, & duplex valor s duos ramos ostendit. Rami itaque AB, AC sese habebunt, ut in figura octava. Utrumque autem ramum osculatur eadem parabola apolloniana. Ex hoc exemplo apparet, cur possibilis sit cuspis secundi generis, in qua scilicet convexitas unius rami obverba est alterius cavitati, de quo diu multumque certatum est. Hoc non ideo accidit, quia parabolæ osculantæ hanc figuram habere possint, certum enim est, hoc evenire non posse, quia una parabola non potest habere ramos ita constitutos; duæ habent semper duos ramos alios, qui conjunguntur cum hisce. Causa cur hæc cuspis haberi possit in curva est, quia ratione terminorum sequentium duo rami ad partes ordinatarum positivarum sunt imaginarii, dum reales sunt illi, qui jacent ad partes ordinatarum negativarum, aut viceversa.

34. Quandoquidem omnium parabolarum curvaturam in vertice esse proprii generis constat, videamus quænam sint curvaturæ earumdem parabolarum in aliis punctis. Ut brevitati consulam æquationem parabolarum æcumenicam ita expono $a^{n-1}p = q^n$ supposita n majore quam unitate. Quare sumptis coordinatis $p+x$, $q+y$, fiet $a^{n-1} \cdot p+x = q+y$, sive evoluto binomio in se-

$$\text{riem } s^{n-1} p + s^{n-1} x = q^n + nq^{n-1} y + \frac{n \cdot n-1}{2} q^{n-2} y^2 + \frac{n \cdot n-1 \cdot n-2}{2 \cdot 3} q^{n-3} y^3$$

&c. detrahaque prima ex hac secunda æquatione

$$s^{n-1} x = nq^{n-1} y + \frac{n \cdot n-1}{2} q^{n-2} y^2 + \frac{n \cdot n-1 \cdot n-2}{2 \cdot 3} q^{n-3} y^3 \text{ &c. five}$$

$$s^{n-1} x = nq^{n-1} y - \frac{n \cdot n-1}{2} q^{n-2} y^2 - \frac{n \cdot n-1 \cdot n-2}{2 \cdot 3} q^{n-3} y^3 \text{ &c. } = 0.$$

Quando positis x, y minimis, y^3 evanescit respectu y^2 , æquatio subsistet in terminis

$$s^{n-1} x - nq^{n-1} y - \frac{n \cdot n-1}{2} q^{n-2} y^2 = 0. \text{ Quoniam autem ex æquatione pa-}$$

$$\text{rabolæ } q^{n-1} = \frac{s^{n-1} p}{q}, q^{n-2} = \frac{s^{n-1} p}{q^2}, \text{ fiet } x = \frac{np y}{q} - \frac{n \cdot n-1}{2} \cdot \frac{p y^2}{q^2} = 0,$$

$$\text{five } q x - np y - \frac{n \cdot n-1 \cdot p y^2}{2 q} = 0. \text{ Ut æquatio trasferatur ad abscissas sumptus in recta normali tangentæ, ponendum est } x = \frac{q^2 - np u}{\sqrt{q^2 + np^2}},$$

$$y = \frac{np u + q u}{\sqrt{q^2 + np^2}} \text{ existente } s \text{ minima respectu } u. \text{ Fiet autem æquatio}$$

$$s \sqrt{\frac{q^2 + np^2}{q^2 + np^2} - \frac{n \cdot n-1 \cdot p}{2 q}} \cdot \frac{q^2 u^2}{q^2 + np^2} = 0, \text{ aut}$$

$$s \sqrt{\frac{q^2 + np^2}{q^2 + np^2} \cdot \frac{q^2 + np^2}{q^2 + np^2}} = u^2, \text{ quæ est ad parabolam apollonianam. Igi-}$$

$$\frac{n \cdot n-1}{2} \cdot p q$$

tur curvatura in omnibus punctis cuiuscumque parabolæ, excepto vertice, est ejusdem generis ac curvatura verticis parabolæ apollonianæ, hoc est ac curvatura circularis.

35. Verum ut harum curvaturarum ideam efformemus clariorem, ponamus p esse minimum ita, ut punctum, in quo quæritur curvatura parabolæ, sit vertici infinite proximum. Patet ex natura parabolæ, p fore minimum, atque adeo nul-

lescere respectu q . Ergo nascetur æquatio $\frac{q^2 s}{n \cdot n-1 \cdot p} = u^2$. Si p sit ejusdem

gradus ac q^2 , ut evenit in parabola apollonica, parameter parabolæ osculantis finita est. Si p sit minima respectu q^2 , quod accidit quotiescumque est $n > 2$, parametrum parabolæ evadit infinita. Quapropter si accipias minimum arcum A B, A (Fig. 9) est vertex parabolæ; tum sumas arcus B C, B c, qui ad arcum A B habent minorem rationem quamcumque data; tum ducas B H tangentem normalem;

Y y z po-

postremo circa axem BH, parametro infinita, cuius valor dependet ab arcu AB; describas parabolam apollonianam DBd, arcus DBd osculabitur arcum CBC, & ordinatae horum arcuum normales BH non different inter se nisi quantitate relate ad ipsas minima. Si vero p infinita sit respectu qq, quod accedit, quoties n sit < 1 , tunc parameter parabolæ apolloniana osculantis minima evadit. Itaque si accipias arcum minimum AB, (Fig. 10) tam sumas arcus BC, Bc, qui minimi sint respectu AB, parabola apollonica, cuius vertex sit B, & parameter infinita parva dependens ex quantitate arcus AB, osculabitur in parabolæ arcum CBC. Ex his colligas velim, puncta illa, in quibus arcus curvatura diversa est a curvatura verticis parabolæ apollonianæ, sive a curvatura circulari, esse puncta prorsus singularia. Etenim in quibuslibet aliis punctis, quantumvis volueris, proximis, curvatura est ejusdem generis, ac curvatura verticis parabolæ apollonianæ, seu circuli, tametsi radius circuli, aut parabolæ parameter augeatur, vel minuantur in infinitum,

CAPUT DECIMUM.

De figura linearum curvarum in spatio finito.

1. **F**acilius est cognoscere, & determinare positionem, & naturam ramorum in infinitum extensorum, quam figuram curvarum in spacio finito. Etenim ad hanc definiendam hac una suppetit methodus, ut scilicet pro qualcumque abscissa valore singuli ordinatae valores inveniantur, & reales secernantur ab imaginariis; quod identidem vires cognitæ analyseos excedit, præsertim si sit altioris gradus æquatio. Nam si determinatus valor abscissæ tribuatur, ordinata vicem tenet incognitæ in æquatione, cuius gradus pendet a numero dimensionum, quem obtinet eadem ordinata. Juvabit tamen numero mutare liniam, & initium abscissarum, ut in æquatione curvæ alterutra ex coordinatis, quæ tamquam ordinata habenda erit, minimam obtineat dimensionem, & expeditissima evadat resolutio. Postquam autem hoc perficeris, quo pacto figura curvæ definiri possit, ostendam gradatim, incipiens a casu maxime simplici, ubi ordinata y unius est dimensionis.

2. Quotiescumque y linearum obtinet dimensionem, & æqualis statuitur functioni rationali x , manifestum est, curvam haberi ita continuam, ut cuicunque valori x una tantum y respondeat vel negativa, vel positiva. Si y æqualis sit functioni non solum rationali, sed etiam integræ x , quam voco P, docuimus Cap. 6 Num. 4, curvam præditam esse duobus ramis infinitis generis parabolici. Si P nullum habeat factorem simplicem realem, quod contingere non potest, nisi maximum exponentes x in P sit par, nulquam fecabit lineam abscissarum. Si vero adsing factores simplices reales, quot isti sunt, tot in punctis secabitur linea abscissarum; quibus determinatis da operam, ut quomodo inter hæc puncta progrediatur curvæ, cognoscas, atque ad maximas minimasque ordinatas, & ad diversa coniactum genera attende. Unico exemplo casum hunc maxime simplicem illustrabo.

sens $m+1$ erit par. Fac $z^{\frac{m+1}{m+1}} = sy$, ut habess $s^{\frac{m+1}{m-1}} b^n z = y^{\frac{m+1}{m+1}}$, existente $\frac{m+1}{m-1}$ numero integro. Ad axem AD (Fig. 10) describe parabolam A BM

equationis $s^{\frac{m+1}{m-1}} b^n z = y^{\frac{m+1}{m+1}}$, erunt AD = s ; tum describe parabolam apollonianam A BN equationis $z = sy$. Paraboliz secebant in punto B; ex hoc demitte ordinatam BD, erit AD = s media proportionalis quilibet. BD vero = y erit tercia proportionalis post s , & hanc z . Q. E. Inv.

20. Problema septimum. Datum arcum circularem in plurimae partes dividere. Si numerus partium, in quas arcus dividendus est, non esset primus, expediret dividegere numerum in duos factores, qui sint m , n &c.; tum arcum dividere in partes m , unum ex his in partes n , & sic deinceps; ita problema solvetur per equationes gradus inferioris. Quare partium numerus = n ut primus spectetur. Advoco formulam cosinus arcus multipli, quia vocato radio = r , & arcu dato = s , est hujusmodi

$$Cc. \frac{r}{n} + \sqrt{-1} \cdot Sc. \frac{r}{n} + Cc. \frac{r}{n} - \sqrt{-1} \cdot Sc. \frac{r}{n} = \frac{2r^n}{3r^{n-1}}. \text{ Vocetur}$$

$Cc. \frac{r}{n} = s$, $Cc. \frac{r}{n} = x$, $Sc. \frac{r}{n} = y$, ut sit $yy = rr - xx$, & hanc nascetur

equatio $s = \frac{x+y\sqrt{-1}+x-y\sqrt{-1}}{2r^{n-1}}$. Si duo binomia ad potestatem n

eleventur, omnia imaginaria abibunt, & y ad potestatem parem elevatam invenies. Quare pro y^2 substituto ejus valore, proveniet equatione gradus n , quia per curvam ejusdem gradus sectam a linea recta non difficiliter contrueritur.

21. Contrahamus formulam ad exemplum, & sit $n = 5$. Elevatis binomiis ad quintam potestatem, substituoque valorem y^2 , proveniet equatione gradus quinti $r^4 s = 16x^5 - 20x^3 + 5r^4 x$. In hac speciebus tamquam ordinatam s , & con-

Struamus curvam aequationi respondentem. Initium abscissarum sit C. Summa $CA = CB = r$, abscinde CE, CD, CG, CF, (Fig. 11) quæ fiant æquales $\pm \frac{r}{2} \sqrt{\frac{s \pm \sqrt{s}}{2}}$; curva transibit per quinque puncta C, E, D, G, F. Deinde de scripto quadrato KH per C agatur zC₃C perpendicularis AB. Seca zCL = zCM = $\frac{\sqrt{s}-t}{2}$, zCN = zCI = $\frac{\sqrt{s}+t}{2}$; curva tanget rectas KI, HN in punctis L, N, M, I, & transibit per puncta K, H. Descripta autem curva feca AO = s , & duc OV parallelam AB, quæ curvam secabit in quaque punctis. Abscissæ autem incipientes a puncto C dabunt cosinus arcuum $\frac{r}{5}, \frac{4s+t}{5}, \frac{8s+t}{5}, \frac{12s+t}{5}, \frac{16s+t}{5}$, denotante t quadrans circumferentia. Scio, eidem cosini duplicem respondere arcum, duos siue vel positivo vel negativo, sed in singulis casibus non est difficile determinare, quinam ex duobus arcubus accipiens sit. Curva descripta ultra puncta H, K per duros ramos infinitos progredietur. Qui rami inferni inveniendo cosini logarithmi subquintuplo. Namque problema hoc eamdem prorsus aequationem suppediat, quod breviter sufficiat indicavisse. Idem prorsus constructionis genus valet, quam in plures partes arcus dividendus est.

22. Problema octavum. In recta positione data datis duobus punctis C, B, (Fig. 12) & extra ipsam puncto A, ducere ex hoc lineam AMN, ut sepa in ea MN æquali datæ, & ducta in CB normali NS, rectangulum CSB æquat rectangulum ex data in NS. Quoniam MN debet æquare datum, malestum est, punctum N esse in conchoide nicomedea, cuius polus A, & intercepta inter curvam & BC ducta ex polo A æquat datam. Describatur itaque conchoisnicomedea EN, punctum N erit in hac curva. Ut alia curva determinetur, quæ per intersectionem conchoidis determinet punctum N, dividatur CB bisariam in D, eidemque ducatur normalis DF, in quam cadat normalis NT. Vocetur CD = BD = a , DT = NS = x , TN = DS = y ; ergo CS = $a+y$, BS = $a-y$; igitur rectangulum CSB = $a(a-y)y$; sed ex conditione hoc debet æquare NS = x in datam = b ; ergo $a(a-y)y = bx$, seu

$$b \cdot \frac{a^2 - x}{a} = yy, \text{ quæ est ad parabolam apollonianam hoc pacto describendam.}$$

Seca DF, quæ sit tertia proportionalis post b , a . Vertice F, parametro = b describe parabolam, quæ transibit per puncta B, C. Punctum intersectionis N parabola & conchoidis illud ipsum erit, quod queritur. Tot igitur erunt solutiones, quot in punctis parabola conchoidem fecerat.

23. problema nonum. Lineis rectis AC, AD (Fig. 13) fese ad angulos rectos decurrentibus determinare in recta positione data PQ punctum M, ut, juncta AM, intercepta CMD eidem perpendicularis sit æqualis datæ. Quoniam CD & debet æquare datum, & debet esse normalis lineæ AM transiunt per punctum A, peripicum est, punctum M reperi in curva sexti gradus, quæ a nobis descripta est Cap. 6. Prob. 6. num. 19. Hæc itaque curva si describatur, secabit rectam positione datam PQ in punto M. Hoc erit punctum requiri, ut proprietas curva patefacit. Curva descripta & linea PQ possunt esse fere vel in sex punctis, vel in quatuor, vel in duobus, vel nulquam; qua-

quare problema modo sex, modo quatuor, modo duas, modo nullam solutionem recipiet. Eadem constructio locum habebit, licet PQ non fuerit recta, sed curva quacumque, ut si fuerit circulus descriptus centro dato R , & dato radio $R.M$. Qno in casu ita problema proponi potest. Rectis AC , AD secantibus sece normaliter, datoque puncto R , determinare punctum M ita, ut $R.M$ aequaliter datam, & intercepta $C D$ normalis AM alii datarum aequalis sit: quod problema ad summum octo recipere potest solutiones.

24. Problema decimum. In anguli recti latere $A T$ (Fig. 14) dato puncto A , & ubicumque puncto R , ita agere AO , ut producta in N , donec $ON = OT$, recta RN fiat aequalis datarum. Quandoquidem ON debet aequaliter TO , punctum N erit in curva, de qua loquuti sumus Cap. 6. Prob. 9. num. 22. Quare ea curva describatur. Tum centro R intervallo dato circulus describatur, qui secabit curvam in puncto N . Junge AN , haec erit linea requisita satistaciens problemati. Si circulus curvam faciat in folio $A \angle NT$, tum linea AaO non est producenda, sed ejus pars $a N \angle O$ aequaliter $T \angle O$. Si punctum N non in circumferentia circuli, sed in alia quacumque linea recta vel curva deberet repertiri, hujus intersectio cum curva ATN præberet problematis solutionem. Haec autem tria problemata eum ob finem proposui, ut cognoscat Analysta, multa esse problemata, quæ ad elegantem sui solutionem certas quasdam curvas postulare videntur. Ceterum exercitatione & industria opus est, ut problemata ad elegantem, facilemque solutionem perducantur.

25. Dum haec thypis parabamus, prodidit tomus tertius Operum Comitis Jacobi Riccati, qui plura opuscula continet. Legi in appendice opusculi duodecimi artificium construendi problemata tertium, & quartum gradum superrantia, quod propter elegantiam, qua sèpenumero solutionem adhortat, non videtur esse omittendum. Artificium in eo positum est, ut pro illis expressionibus, quæ si retinerentur in calculo, effarent ad potestates altiores secundæ, aliæ incognitæ substituantur, arque ita multiplicatis incognitis deveniantur ad aequationem secundi gradus. Hac obtenta per vestigia analysis regredientes, operationum conicarum, quæ novimus delineare, describemus altiores curvas, quæ solutionem problematis exhibent. Ut eleganter evadat solutio, attendendum est, ne numerus substitutionum, &c numeros incognitarum in ultima aequatione magis, quam par est, augeatur. Hoc enim numero crescente semper complicatio fit solutio. Quæ hic generatim tradita sunt vix intelligi possunt, nisi dilucide per exempla declarantur. Quare sit.

26. Problema undecimum. Data prima ex continuo proportionalibus determinare secundam ita, ut summa secundæ & ultimæ aequaliter datam. Prima vocatur $= s$, secunda $= x$, summa secundæ & ultimæ $= b$; ergo ultima $= b - x$

I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX

x	$\frac{x^2}{a}$	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots
y	$\frac{xy}{a}$	$\frac{y^2}{a}$	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots
$\frac{y^2}{x}$	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots
z	$\frac{xz}{a}$	$\frac{zy}{a}$	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots
$\frac{zy}{x}$	$\frac{zz}{a}$	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots
$\frac{zz}{y}$	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots
$\frac{y}{z}$	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots	\dots
z	$\frac{xz}{a}$	$\frac{zy}{a}$	$\frac{zz}{a}$	\dots	\dots	\dots	\dots
$\frac{zy}{x}$	$\frac{zz}{a}$	$\frac{zz}{x}$	$\frac{zz}{y}$	\dots	\dots	\dots	\dots
$\frac{zz}{y}$	$\frac{zz}{x}$	$\frac{zz}{y}$	$\frac{zz}{x}$	\dots	\dots	\dots	\dots

Quoniam x est prima continua proportionalium, x secunda, erit tertia $\frac{xx}{a}$. Si
hanc retinerem in calculo, necessario expressio quartae proportionalis includeret
tertiam potestatem. Quare pono $\frac{xx}{a} = y$, & spectans y tamquam tertiam pro-
portionaliem invenio quartam, quæ per x, x, y dupli modo exprimi potest, tum
per $\frac{xy}{a}$, tum per $\frac{yy}{x}$; deinde quintam $= \frac{yy}{a}$, in quibus formulis nihil superat
potestatem secundam. Sed si his retentis calculum produceremus, tertia & supe-
riores potestates obviam venirent. Quare quartam proportionalem facio $= s$,
atque determino quintam & sextam, prout in tabula superioris notatur. Si po-
nam quintam $= z$, determino sequentes usque ad nonam. Atque ita deinceps cal-
culum promovere poteris, quoique libueris.

27. Nunc quo pacto hujusmodi substitutiones eleganter ad constructionem perducant declarandum. Si ponas quintam proportionalem esse ultimam, & x -
lem $b-x$, assime ejus expressionem maxime simplicem $\frac{yy}{a}$, quæ non eget nisi
una substitutione; ergo erit $yy=a.b-x$, quæ est ad parabolam. Præterea
substitutione dat $xx=ay$, quæ pariter est ad parabolam ejusdem parametri. Ita-
que oritur hæc constructio. Posita parametro $AB=a$, (Fig. 15.) describatur pa-
rabola AD , cuius tangens sit AB ; deinde secta $AC=b$, vertice C , axe CA
de

describe parabolam CD ejusdem parametri, quæ secabit priorem in D. Ordina DE, abscissa AE = x erit secunda in proportione continua. Ad methodum illustrandam præmissi solutionem bujus problematis, quod ceteroquin non superat gradum quartum. Si velis sextam proportionalem esse, æqualem $b - x$, assume ejus expressionem $\frac{t^2}{x}$, ut sit $tx = b - x$, quæ est ad circulum. Primum delinea parabolam AD (Fig. 16) æquationis $x^2 = ax$, quam dat substitutio. In tangenti AB sitz erunt AE = x; huic normales sint ordinatz ED = y. Fac ubique ut $AB = a$; $AE = x$, ita $DE = y$; $FE = t$, & per omnia puncta F transeat nova curva AF; demum sumpta AC = b, super diametrum AC describe circulum AFC, qui secabit curvam AF in puncto F, ex quo demissa FE determinabit AE secundam proportionalem quæstam. Adnota quomodo curva AF inserviens solutioni problematis delineetur opera parabolæ apollonianæ primum descriptæ. Hoc problema ad methodum indicandum unice sibi propositus Comes Riccatus, atque hanc ipsam tradit solutionem.

28. Idem problema alio modo solves, si alia usurpata expressione facias $\frac{zx}{a} = b - x$, quæ exhibet hyperbolam inter asymptota. Primum ut supra describamus parabolam AD æquationis $x^2 = ax$. Deinde quoniam $xy = az$, fiat ut $a:y::y:z$. Quare sumpta EF (Fig. 17) tercua proportionali post AB, DE per omnia puncta F transeat curva gradus superioris. Postremo duxa AG = a, & clauso parallelogrammo ACHG, productisque ejus lateribus in M, N describatur hyperbola inter asymptota transiens per punctum C, quæ secabit curvam AF in puncto F. Ordina FE, erit AE secunda proportionalis quæstæ. Si ostendava proportionalis similitudinem secundam debet $= b$, invenies æquationem $\frac{zx}{a} = b - x$, quæ est ad circulum diametri $= b$. Si vero velis nonam cum secunda $= b$, invenies $\frac{zx}{a} = b - x$, quæ est ad parabolam. Quapropter intersectio harum curvarum, & curvæ AF determinabit secundam quæstam.

29. Quamquam in solutione superiorum problematum dedimus operam, ut æquatio ultimo prodiens non contineat nisi duas indeterminatas, tamen methodus non deficeret, si tres plures contineret, licet non parum de sua elegancia deperderet. Exemplum præbeamus in septima proportionali, quæ exprimitur per $\frac{zy}{a}$; igitur habebimus $zy = a \cdot b - x$; ergo $y:a::b-x:z$. Descriptis ut antea curvis AD, AF ordinatarum y, z, fiat ubique ut RP = y : AB = a :: CB = b - x : RS. Per omnia puncta S transeat curva MSC, quæ secabit AF in F; ex quo punto demitte ordinatam FE, abscissa AE erit secunda proportionalis quæstæ.

30. Problema duodecimum Circuli arcum datum in quinque partes secare. Problema hoc idem est ac septimum; sed ad prætens artificium indicandum præstat novam ejusdem solutionem adornare. Arcus secandus sic BH (Fig. 18), quem divide in quinque partes in punctis D, E, F, G. Ex punto B duc circuiti diametrum BCA, & ex A age chordas AD, AE, AF, AG, AH, quas produc quousque opus fuerit. Ex punctis D, E, F, G duc DM, EN, B b b 4 FP,

FP, GQ ita, ut sint respectivæ æquales chordis AD, AE, AF, AG ; demum duc radium CD . Palam est, triangula omnia ACD, ADM, AEN, AFP, AGQ esse similia, quia omnia ex constructione isoscelia sunt, & habent angulos ad basim æquales. Præterea ajo, $ME = AB, NF = AD, PG = AE, QH = AF$. Ut hoc demonstretur, intellige ductas chordas æquales BD, DE, EF &c. Äqualia sunt quoad omnia triangula ADB, MDE , quia $AD = MD, BD = ED$, & angulus $BAD = EAD$; ergo $AB = ME$. Eodem modo triangula ADE, NFE habent $AE = NE, DE = FE$, & angulos in A, N æquales; ergo $AD = NF$. Similis demonstratio valet de aliis.

31. His premillis venio ad analysim. Sit radius $CA = s, AD = x$, ultima eborda AH , quæ data est, $= b$. Similitudo triangulorum dat

$$CA : AD :: AD : AM \quad \left| \begin{array}{l} \text{fed } ME = s \\ \text{et } AE = \frac{x^2 - 2s^2}{s} \end{array} \right. \text{ Item est}$$

$$s : x :: x : AM = \frac{x^2}{s} \quad \left| \begin{array}{l} \text{fed } ME = s \\ \text{et } AE = \frac{x^2 - 2s^2}{s} \end{array} \right. \text{ Item est}$$

$$AC : AD :: AE : AN \quad \left| \begin{array}{l} \text{fed } NF = AD; \text{ ergo} \\ \text{et } AF = \frac{x \cdot x - 3s^2}{s^2} \end{array} \right.$$

$$s : x :: \frac{x^2 - 2s^2}{s} : AN = \frac{x \cdot x - 3s^2}{s^2}, \quad \left| \begin{array}{l} \text{fed } NF = AD; \text{ ergo} \\ \text{et } AF = \frac{x \cdot x - 3s^2}{s^2} \end{array} \right.$$

Quoniam istæ formulæ ad tertiam dimensionem ascendunt, ut deprimentur, usurpanda est prima substitutio. Ea autem sit $x \cdot x - 3s^2 = ay$. Quare siet $AN = \frac{x \cdot y + s^2}{s^2}$, & $AF = \frac{xy}{s^2}$. Producens analysim ex aliis triangulis similibus eruo

$$AC : AD :: AF : AP \quad \left| \begin{array}{l} \text{et dempta } AE = PG \text{ fit} \\ \text{et } AF = \frac{x^2 y}{s^2} \end{array} \right.$$

$$s : x :: \frac{xy}{s} : AP = \frac{x^2 y}{s^2} \quad \left| \begin{array}{l} \text{et } AF = \frac{x^2 y}{s^2} \\ \text{et } AG = \frac{x^2 y + 2s^2 - x^2}{s^2} \end{array} \right.$$

Ut hæc formulæ deprimentur, non est opus novam substitutionem advocare, sed sufficit pro $x x$ ponere ejus valorem $ay + 3s^2$; quo facto habebimus

$$AP = \frac{y^2 + 3sy}{s^2}, \quad \text{et } AG = \frac{yy + 2ay - ss}{s^2}. \quad \text{Devenimus jam ad ultimum triangulum, quod præbet}$$

$$AC : AD :: AG : AQ \quad \left| \begin{array}{l} \text{Ab hac demamus} \\ \text{et } AQ = \frac{x \cdot yy + 2ay - ss}{s^2} \end{array} \right.$$

& habebimus $AH = \frac{x \cdot yy + 2ay - ss}{s^2}$. Quum hæc formula tertiam potestatem includat, utamur secunda substitutione, nempe $yy + 2ay - ss = az$; ergo $AH = \frac{xz}{s} = b$, quæ ultima est æquatio pertinens ad hyperbolam inter asymptota.

32. Analysis sequentem præbet constructionem. Ita describantur curvæ, quæ suppeditant duæ substitutiones, ut indeterminata y , quæ utrique communis est, sit earum abscissa. Parabola primæ substitutionis, cuius æquatio est,

$xx - 3aa = ay$, ita describitur. Sectis $A B = BC = CD = DE = s$, vertice A , (Fig. 19) parametro $= a$, axe AE describatur parabola AN . Erunt $DM = y$, $MN = x$. Alia parabola æquationis $yy + ay - aa = az$, hoc modo construitur. Divisa CD bisariam in F , ei perpendicularis agarur $FG = \frac{5a}{4}$, & vertice G , parametro $= a$, diametro GF , describatur parabola GH , quæ erit eadem cum superiore; sed diverso loco posita, erunt ut antea $DM = y$, $MP = z$ negatæ ad partem G , positivæ ad oppositam. Per duas hæc curvas tertia delineetur curva, cuius abscissæ $= x$, ordinatæ scilicet parabolæ AN , (Fig. 20) ordinatæ vero $= z$, ordinatæ alterius parabolæ GK . Curva hujusmodi progresum habebit. Facto initio abscissarum in A secu $A B = BC = AD = AE = s$. Excita perpendicularem $AF = \frac{s^2}{2}$. Curva discedens ex F secabit abscissas in G , & ultra excurrens converso itinere iterum secabit in K , deinde in infinitum progredietur. Huic ramo posito ad partes abscissarum positivarum respondet ramus alijs similis, & æqualis fitus ad plagam abscissarum negativarum. Descripta hac curva nihil aliud restat, nisi ut hæc conjugatur cum curva ùrmae æquationis $xz = ab$. Quapropter inter asymptota AC , AV describantur hyperbolæ oppositæ $KI V$, $ML N$ rectanguli ab . Itæ in quinque punctis K, I, M, L, N lecebunt curvam descriptam. Ex his demittantur normales, quæ determinabunt radices $A O, AP, AQ, AR, AS$. Ex his quæ inter positivas est omnium maxima ipsa est chorda, quæ queritur. Hæc solutio diversa est ab ea, quam tradidit Jacobus Riccatus. Methodus produci potest, ut in plures quam quinque partes arcus dividatur.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

De inventione curvarum ex datis proprietatibus linearum, quæ a pluribus sectionis punctis definiuntur.

1. **Q**uotiescumque data est proprietas, quæ aut ad coordinatas x, y -pertinet, aut ad easdem reduci possit, per methodos, quas hæc tenus docuimus, possumus naturam curvæ determinare. Verum si proprietas data uni eidemque lineæ curvam secanti convenient, & versetur inter lineas definites in plura sectionum puncta, nova aperienda est methodus, qua naturam curvæ, aut potius curvarum investigemus. Hujus generis esset quæstio. Data linea $A B$ (Fig. 1) inventire curvam ejus naturæ, ut perpendicularares AM eam secantes in punctis $M, z M$ exhibeant vel summam $BM + Bz M$, vel rectangulum $B M, Bz M$ conflans. Idem dicendum si lineæ secantes non essent parallele, sed discederent a dato punto B (Fig. 2)

2. Hoe notandum est sedulo, proprietatem convenientem secantibus $BM, Bz M$, talem esse debere, ut si pro BM ponatur $Bz M$, & simul $B M$ pro $Bz M$, ea nullam prorsus mutationem patiatur. Ita accidit expositis proprietatibus, si reciprocenetur secantes $BM, Bz M$, eadem remanet summa, idem rectangulum. Quod si quæretur curva, in qua duplex BM simul cum $Bz M$ esset constans, inceptum

ceptum esset quæsumus, quia accepta $B M$ pro $B z M$ & viceversa, eadem non proveniret quantitas. Idem dic si quæquerem curvam, in qua $\frac{B z M}{B M}$ esset constans. Huius

scilicet regulæ ratio est, quia in curva proprietas singulis ejus punctis debet eodem modo convenire. Ita proprietas exhibita ab æquatione $aa - xx = yy$, communis est omnibus coordinatis, atque adeo omnibus punctis circuli. Quapropter si proprietas, quæ data est per secantes pertinet ad unam eamdemque curvam, omnibus ejus punctis communis sit necesse est. Hoc autem non accideret, si præcepta reciprocatio fieri non posset, quia quæquatio habetur relate ad punctum M , eadem non valeret relate ad punctum $B M$. Hæc animadversio statuit limites, quibus quæstiones proponeundæ debent contineri.








3. Notandum est deinde proprietatem involventem secantes $B M$, $B z M$ exprimi posse non minus per constantes, quam per quantitates variabiles quidem, sed quæ eadem prorius sint respectu secantium $B M$, $B z M$. Quare si illæ parallelae ponantur, & desinentes in $A B$, (Fig. 1) sumpto quolibet punto fixo A , proprietas dari poterit per $A B$ abscissam communem duabus ordinatis $B M$, $B z M$. Si vero secantes (Fig. 2) discendant a dato punto B , sumpta qualibet $B A$ positione data, proprietas dari poterit, aut per angulum $A B M$ communem secantibus $B M$, $B z M$, aut per quantitates ab hoc angulo dependentes, ut sunt sinus, cosinus, aliisque. His prænotatis agemus primum de secantibus parallelis, deinde de illis, quæ a dato punto procedunt.

4. In primo casu si puncta sectionum due sint, quis non videt, secantes $B M$, $B z M$ (Fig. 1) esse ordinatus duas, quibus eadem est abscissa $A B$: ergo valor ordinatus $= y$ expressus per abscissam $= x$ duplex sit oportet, atque adeo y debet in æquatione curvæ dimensionem secundam tenere. Formetur itaque æquatio $yy - 2my + n = 0$, in qua m , n dari debent per x , & per constantes, prout proprietas exiger. Resolvatur æquatio, & inveniantur duo valores y , nempe $y = m + \sqrt{m^2 - n}$, $y = m - \sqrt{m^2 - n}$. Ex illis valoribus efforma æquationem, quam proprietas postulat, & per hanc determina aut m , aut n , & colloca in æquatione supposita, & habebis omnes curvas data proprietate gaudentes.

5. Sint primo determinandæ curvæ in quibus rectangulum $B M$, $B z M$ sit constans, aut datum per $A B = x$. Voca $= P$ quantitatem, quam rectangulum debet square. Duos valores inventos y simul multiplicata, ut habeas $mm - mm + n = n = P$. Ergo si in æquatione substituas P , quicumque sit valor m habebis curvam propositæ proprietati satisfacentem; nempe $yy - 2my + P = 0$. Hoc facilius deducere potuisses. Nam quam ultimus terminus æquationis n sit rectangulum ex duabus radicibus, si hoc supponatur $= P$, etiam $n = P$. Quare si P sit constans, rectangulum ex duabus ordinatis $B M$, $B z M$ constans erit, in qua suppositione si $m = a + b x$, æquatio erit ad hyperbolam, quæ referetur ad asymptota. Proprietatem hanc convenire hyperbolæ ordinatis in asymptotum desincentibus supra demonstravimus. Verum eadem proprietas non hyperbolæ tantum, sed infinitis curvis convenient, quarum æquationes habentur, si pro m quæ-

libet functione x ponatur. Maxime autem simplex esse videtur, si fiat $m = \frac{x}{a}$; oriture enim curva tertii gradus, cuius æquatio $xx = \frac{yy + P}{ay}$.

6. Quod






Fig. 14.




Fig. 16. A




Fig. 18.




Fig. 20.



6. Quod si $P = a + bx + cx^2$; rectangulum ex duabus ordinatis BM , B_2M hanc quantitatem æquabit. Si in hac hypothesi sit m aut constans, aut aequalis $f+gx$, æquatio nascens poterit spectare ad omnes sectiones conicas pro coefficientium diversitate; quod si $a + bx + cx^2$ possit resolvi in duos factores reales, linea abscissarum in duobus punctis curvam secabit. Quare rectangulum ex duabus ordinatis erit ad rectangulum ex duabus interceptis inter ordinatum & duo puncta sectionum abscissæ cum curva in ratione data. Proprietatem hanc convenire sectionibus conicis jam ostendimus. Nunc vero liquet, eam propriam esse infinitarum curvarum, quarum æquationes habebis, si m alio modo supponas datum per x . Sed alias proprietates spectemus.

7. Quarantur curvæ, in quibus duarum ordinatarum summa $BM + B_2M$ aut constans sit, aut data per communem abscissam AB . Hæc quoque quæstio facile resolvitur. Nam quum coefficiens secundi termini mutato signo æquationis assumpta summa radicum æquale sit, debet $z m = BM + B_2M$. Quam summam pone $= P$. Verum hoc idem colligimus summam radicibus inventis, quum earum summa sit $= z m$. Quare curvarum quæstuarum æquationes hac formula continentur $yy - Py + n = 0$ existente n quomodocumque data per x . Si P constans sit, & sit $n = a + bx + cx^2$, æquatio erit ad unam ex sectionibus conicis, nempe ad ellipsem, si c sit positiva; ad hyperbolam, si c sit negativa; ad parabolam, si $c = 0$. Idem dicas si sit $P = f + gx$. Sed hæc proprietas communis est & infinitis aliis curvis, quarum maxime simplex est parabola secunda cubica,

quam obtines si $P = za, n = aa - \frac{x^3}{a}$. Nam æquatio fit $a.y - a = x^3$; quæ ita construitur. Sit A (Fig. 3.) initium, AC linea abscissarum. Parallelam ordinatis pone AF $= a$, ductaque FG parallela AC, vertice F describe parabolam secundam cubicam, in qua cubi abscissarum FG sint æquales quadratis ordinatarum CG ductis in a . Ducta qualibet $BM \perp M$ summa $BM + B_2M = za$. Quare in C ubi curva secat AE, erit CD $= za$. Infra autem quoniam EN sit negativa, erit EA $- EN = za$.

8. Quæramus nunc curvas, in quibus $\frac{P}{BM} + \frac{P}{B_2M} = \frac{I}{P}$, quæ P (Fig. 1) data sit per x , & constantes. Adhibitis speciebus supra positis erit

$\frac{1}{m + \sqrt{mm - n}} + \frac{1}{m - \sqrt{mm - n}} = \frac{1}{P}$, sive redactis ad eamdem denominatorem fractionibus $\frac{2m}{n} = \frac{1}{P}$; ergo $z m P = n$. Quare æquatio proveniet $y^3 - 2my + 2mP = 0$. Si sit $P = a$, & m ponatur $= x$, proveniet æquatio $yy - 2xy + 2ax = 0$, quæ est ad hyperbolam, atque hoc modo construitur. Existente A (Fig. 4) initio, AB linea abscissarum sume $AE = a$, & duc parallelam ordinatis EC $= a$, junge AC, quam produc in D, ut AC $\perp CD$; centro C, semidiametris CD, CE describe hyperbolam MD $\perp M$; ducta ubique cumque $BM \perp M$ erit ubique $\frac{P}{BM} + \frac{P}{B_2M} = \frac{I}{P}$. Quod si supponatur $P = b + cx + dx^2$, oritur æquatio $yy - 2my + 2mb + 2mcx + 2mdx^2 = 0$, quæ, si m sit constans, illæ potest ad omnes sectiones conicas, pro diversitate co-

efficientium. Has autem proprietates habent sectiones conicæ communes cum curvis infinitis.

9. Investigandæ sint curvæ, in quibus $B M^2 + B z M^2 = P$. Erit itaque $m + \sqrt{m m - n} + m - \sqrt{m m - n} = P$, sive $4 m^2 - 2n = P$, sive $2m^2 - \frac{P}{2} = n$; ergo æquatio proveniet $y^2 - 2my + 2m^2 - \frac{P}{2} = 0$. Ponatur

$P = 2aa$, & $m = \frac{ax}{f}$, ut fiat $yy - \frac{2axy}{f} + \frac{2a^2x^2}{f^2} = a^2$, quæ est ad ellyp-

sim, atque hoc modo construitur. Accipe $A F = f$, $FD = a$, (Fig. 5) cui sit æqualis, & parallela AE , junge AD , atque duabus semidiametris conjugatis AD , AE describe ellypsim EDM . Ducta qualibet $BM \perp M$ erit semper $B M^2 + B z M^2 = 2.AE^2$. Hinc pulcherrimam discimus proprietatem ellypis. Sit qualibet ellypis, cujus semidiametri conjugatiæ duæ AD , AE . Duc DF æqualem, & parallelam AE , & junge AF . Ex hac ducta qualibet $BM \perp M$ parallela AE erit semper $B M^2 + B z M^2 = 2.AE^2$. Quare si $A D$, $A E$ æquales sint, & angulum reclum faciant, ellypis mutatur in circulum, cui proprietatem hanc convenire cognoscimus. Si ponas $P = 2a + 2bx + 2cx^2$, & $m = f + gx$ omnes sectiones conicæ obtinenter, quibus proprietas hæc convenient. Infinitæ aliae curvæ orientur, si specie m aliud tribuas valorem.

10. Condicio sit, ut $\frac{1}{B M^2} + \frac{1}{B z M^2} = \frac{1}{P}$; ergo

$$\frac{1}{m + \sqrt{m^2 - n}} + \frac{1}{m - \sqrt{m^2 - n}} = \frac{4m^2 - 2n}{nn} = \frac{1}{P};$$

igitur

$$m + \sqrt{m^2 - n} = \frac{m - \sqrt{m^2 - n}}{\frac{1}{P}}$$

$$2m = \pm \sqrt{\frac{n^2}{P}} + 2n.$$

Quapropter æquatio curvæ hæc erit

$$y^2 \pm y \sqrt{\frac{n^2}{P}} + 2n + n = 0.$$

Æquatio hæc liberata ab irrationalitate continabit y elevatam ad gradum quartum. Verum ad obtinendam conditionem proportionam, necessarium est curvæ duos ramos accipere, qui oriuntur sumptu signo superiori, vel duo qui resultant ex signo inferiori. Eliminato vero radii cali provenit æquatio $y^4 + n^2 = \frac{n^2 y^2}{P}$. Si P sit constans, & $a = aa$, maxime simplex æquatio habetur posita $n = ax$, ex qua positione resultat quarti gradus æquatio $y^4 = x^2 \cdot y^2 - aa$. Hæc est constructio. In abscissis sume $A E = 2a$, (Fig. 6) parallelam ordinatis $A C = a$; sit CH parallela abscissis; abscinde AD

$AD = a\sqrt{3}$, clade parallelogrammum AF. Curva HM asymptotica ad CH veniet in punctum F, in eoque tangent EF, tum per ramum FM in infinitum recedet. Quatuor rami similes, & aequales in quatuor angulis exsillent;

Si agatur BM a M, erit $\frac{1}{BM^3} + \frac{1}{Bz M^3} = \frac{2}{EF^3} = \frac{1}{a^3}$.

11. Demum inquiratur curva, in qua $BM^3 + Bz M^3 = P$ seu

$$m + \sqrt[m]{m^2 - n} + m - \sqrt[m]{mn - n} = 8m^3 - 6mn = P; \text{ ergo}$$

$$n = \frac{4}{3}m^2 - \frac{P}{6m}. \text{ Curvæ itaque requisitæ hac æquatione continentur}$$

$$y^3 - 2my^2 + \frac{4}{3}m^2 - \frac{P}{6m} = 0. \text{ Si debeat esse } \frac{P}{6} = a + bx + cx^2, \text{ & } m \text{ pos-}$$

natur confians, æquatio $yy^2 - 2my^2 + \frac{4}{3}mm - \frac{a - bx - cx^2}{m} = 0$ ad sectiones conicas spectabit. Si P debeat esse constans, & m fixa $= x$, simplicissima orieretur curva tertii gradus hac proprietate donata, nempe

$$x.y^2 - 2xy + \frac{4}{3}x^3 = \frac{P}{6}.$$

12. Sufficiunt exempla hæc ad methodum indicandam, si de una proprietate tantum agatur. Verum si curva queratur, in qua duæ ex prædictis proprietatibus locum habeant, tunc non pures curvæ, sed ad summum una problemati faris faciet. Dixi ad summum; nam si utraque proprietas præbere debeat quantitatæ constantem, æquatio proveniet determinata, & non ad curvam, sed ad puncta pertinebit. Verum si aut utraque, aut alterutra proprietas data sit per x , reperiatur curva determinata, cui utraque convenient. Exemplum unum satis fit. Inquiritur curva, in qua $\frac{1}{BM} + \frac{1}{Bz M} = \frac{1}{Q}$, &

$\frac{1}{BM^2} + \frac{1}{Bz M^2} = \frac{1}{P}$. Ex dictis paullo ante prima proprietas postulat, ut $Bz M = n$, secunda ut $z m = \sqrt{\frac{nn}{P} + 2n}$; ergo ejclæta m ; erit

$$\frac{n}{Q} = \sqrt{\frac{nn}{P} + 2n}, \text{ seu } \frac{n^2}{Q^2} = \frac{nn}{P} + 2n, \text{ ex qua } n = \frac{2PQ^2}{P-Q^2}; \text{ ergo}$$

$z m = \frac{2PQ}{P-Q^2}$; igitur æquatio curvæ est $y^3 - \frac{2PQy}{P-Q^2} + \frac{2PQ^2}{P-Q^2} = 0$, quæ, datis P, Q per x , determinata est. Si $Q = a$ sit constans, & $P = ax$, æquatio erit $yy^2 - \frac{2axy}{ax-a^2} + \frac{2a^3x}{ax-a^2} = 0$ sive $y^2x - ay^2 - 2axy + 2a^3x = 0$, quæ est æquatio tertii gradus.

13. A duabus ordinatis progredior ad tres. Initio autem monere opus est, duas ex tribus ordinatis imaginarias esse posse, ita tamen ut si simul conjungantur,

Cccq prout

prout proprietas postulat, quantitatem exhibeant realem. Hoc autem contingere in duabus non potest, quia aut ambæ reales sunt, & curvam exhibent, aut ambæ imaginariæ, ac proinde curva imaginaria. Quare quum de tribus ordinatis agitur, si curvam invenias, pronunciare nequis, omnes reales esse, sed ex aliis tantibus inquirendum est, utrum curva tres ordinatas reales habeat, an duas imaginarias, & unam realem. In hujusmodi questionibus afflumenta est æquatione tertii gradus $y^3 - 3ly^2 + 3my - n = 0$. Si summa trium ordinatarum data sit aut absolute, aut per x , & sit $= P$, huic facienda est æqualis $3l$. Si producta omnia ex binis ordinatis debet $= P$, fiat $3m = P$. Demum si productum ex tribus debet esse $= P$, fiat $n = P$. Reliqui coefficientes determinati quomodocumque per x , præbebunt curvam proposita proprietate gaudentem.

13. Proprietates istæ facili negotio abolvuntur. Verum si data esset proprietas ordinatarum, quam exprimere per l, m, n neciamus, oportet, relolare æquationem tertii gradus, ut tres ordinatae per tres radices exprimerentur. His enim inventis per analysis fiet determinatio necessaria ad inveniendas curvas. Ad resolutionem faciendam primum eiciendus terminus secundus factus $y = z + l$, & proveniet æquatio $z^3 - 3z^2l - 3ml^2 + n = 0$, vocatisque $l^2 - m = A$,

$$\begin{aligned} z^3 - 3ml + n = B \text{ fiet } z^3 - 3Az - B = 0, \text{ cuius resolutio, vocatis} \\ \sqrt[3]{\frac{B}{2}} + \sqrt{\frac{BB - A^3}{4}} = p, \quad \sqrt[3]{\frac{B}{2}} - \sqrt{\frac{BB - A^3}{4}} = q, \text{ dabit tres valores } z \\ p + q, p \cdot \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} + q, p \cdot \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} + q, p \cdot \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} + q \cdot \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2}; \\ \text{quibus si addamus } l, \text{ habebimus tres valores } y, \text{ nempe } p + q + l, \\ p \cdot \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} + q \cdot \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} + l, p \cdot \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} + q \cdot \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} + l. \end{aligned}$$

His adhibitis ex data proprietate curvas determinabis.

14. Quamquam analysi hæc difficilior evadat, tamen, ad exemplum, inquiramus curvas, in quibus quadrata trium ordinatarum simul sumpta æquent P datum vel absolute, vel per x . Radices inventæ ad quadrata eleventur, ut hæc habeamus ordinatarum quadrata

$$\begin{aligned} pp + 2pq + qq + 2l \cdot \overline{p+q+l^2} \\ pp \cdot \frac{-1 - \sqrt{-3}}{2} + 2pq + qq \cdot \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} - l \cdot \overline{p+q+l} \cdot \overline{p\sqrt{-3} - q\sqrt{-3} + ll} \\ pp \cdot \frac{-1 + \sqrt{-3}}{2} + 2pq + qq \cdot \frac{-1 - \sqrt{-3}}{3} - l \cdot \overline{p+q+l} \cdot \overline{-p\sqrt{-3} + q\sqrt{-3} + ll}; \end{aligned}$$

quorum summa $= 6pq + 3ll$; atqui $pq = \sqrt[3]{\frac{BB}{4}} - \sqrt{\frac{BB - A^3}{4}} = A - ll - m$; ergo summa quadratorum $= 9ll - 6m$; quod alia etiam methodo facilius invenire posuisse; igitur $9ll - 6m = P$, seu $\frac{3}{2}ll - \frac{1}{6}P = m$; igitur pro-

veniet $y^3 - 3ly^2 + \frac{9ll}{2} - \frac{P}{3}$. $y = n = 0$, in qua quum duæ l, n possint infinitis modis determinari per x , infinites infinite adhuc curvæ problemati satisfacientes.

15. Si curva duabus ex nostris proprietatibus prædicta sit oporteat, tum ex tribus l, m, n duæ determinationem accipient, reliqua indeterminata remanebit; quare infinitæ curvæ supererunt proprietates duas continentes. Si tres proprietates datae requirantur, omnes coefficientes l, m, n definitur, quare curva una dumtaxat obtinebitur. Excipe tamen casum, in quo proprietates non per x datæ sint, sed omnes absolute. Nam tunc æquatio determinata nascetur, que non ad curvam erit, sed ad puncta ad summum tria.

16. Quæ dicta sunt hæc: tñ applica quatuor, quinque, pluribusque ordinatis. Nam si barum summa, vel summa rectangulorum ex binis, aut ternis, aut quaternis data esse debeat, facilissimum problema accipit solutionem; immo solvetur quotiescumque proprietas per has summas exprimi possit. Verum si neciamus, quo pœto per has exprimatur, quum altiorum æquationum resolutio non sit in potestate, problemata proposita vires cognitæ analyseos superabunt. Sed de his fatis.

17. Ex proprietatibus inspicientæ sunt, que conueniunt secantibus non parallelis, sed ab uno eodemque puncto discendentibus. Quamebrem opus est spectare curvæs alio prorsus modo, ac secimus hæc: tñ, diversaque æquatione earum naturam exprimere. Sit curva DME (Fig. 7) & punctum quodlibet B, ex quo ducantur ad curvam rectæ BM. Ex eodem B ducatur quælibet positione data BC, oportet, naturam curvæ exprimere per æquationem inter $BM = z$, & quantitatem dependentem ab angulo $CBM = \mu$, ut sunt $Sc.\mu$, $Cc.\mu$, $Tc.\mu$ &c. Primum modus tradendus est, quo, ducta ordinata orthogonalis MN, vocatisque $BN = x$, $MN = y$, ex æquatione inter z, μ inveniri possit æquatio inter x, y & viceversa. Adverte fore $z = \sqrt{xx+yy}$, $\frac{Sc.\mu}{r} = \frac{y}{\sqrt{xx+yy}}$, $\frac{Cc.\mu}{r} = \frac{x}{\sqrt{xx+yy}}$, $\frac{Sc.\mu}{Cc.\mu} = \frac{Tc.\mu}{r} = \frac{y}{x}$. Quare pro his quantitatibus dependentibus ab angulo μ , & z , substitue illas, quæ datæ sunt per x, y , & ab æquatione inter z, μ transibis ad illam, quæ intercedit inter x, y . Tum substituto pro $\sqrt{xx+yy}$ ejus valore z invenies, $\frac{z \cdot Sc.\mu}{r} = y$, $\frac{z \cdot Cc.\mu}{r} = x$. Hos valores pone in æquatione inter x, y , & invenies æquationem inter z , & $Sc.\mu$, ac $Cc.\mu$.

17. Ad exemplum sit datum circulus DME, cujus centrum C, & radius CD = b . Accipiatur quodlibet punctum B, & agatur per centrum recta BDC. Vocetur $BD = a$, oporteat invenire æquationem inter $BM = z$, & quantitates dependentes ab angulo $B = \mu$. Vocatis $BN = x$, $MN = y$, erit $DN = x - a$; ergo æquatio circuli proveniet $ab + za \cdot x - xx - aa - 2ab = yy$. Pro x scribe $\frac{z \cdot Cc.\mu}{r}$, & pro y pone $\frac{z \cdot Sc.\mu}{r}$, & invenies

$$\frac{ab+za \cdot x - \frac{z \cdot Cc.\mu}{r} \cdot \frac{z \cdot Cc.\mu}{r} - aa - 2ab}{r^2} = z \cdot \frac{Sc.\mu}{r}, \text{ seu}$$

Ccc 2

$\frac{z \cdot Sc.\mu}{r}$.

$$\frac{z^2 + 2az}{2b+2a} \cdot \frac{z \cdot Cc.\mu}{r} - aa - 2ab = z \cdot \frac{\sqrt{Cc.\mu}^2 + \sqrt{Cc.\mu}^2}{rr} = z^2, \text{ seu}$$

$$z^2 - \frac{z \cdot Cc.\mu}{r} \cdot b + a + aa + 2ab = 0, \text{ quæ est æquatio circuli requisita.}$$

18. Si proprietas exigat, ut secantes sint duæ, accipienda est æquatio secundi gradus $z^2 - 2mz + n = 0$, in qua m, n datæ sint per angulum B, qui communis est duabus secantibus BM, BaM; tum alterutra determinanda ex data proprietate, altera indeterminata remanente, ex cuius diversa determinatione diversæ oriuntur curvæ problemati satisfacientes. Primum exemplum inquirat curvam, cujus secantes duæ ab eodem punto discedentes præbeant rectangulum ab olute constans. Quum hoc rectangulum $= n$; fiat $n = aa$; ergo $zz - 2mz + aa = 0$. Si fiat $m = \frac{b \cdot Cc.\mu}{r}$, æquatio erit $z^2 - 2bz \cdot \frac{Cc.\mu}{r} + aa = 0$, quæ, ut colligere potes ex numero superiori, est ad circulum. Verum hoc deducamus reducendo æquationem inventam ad aliam, quæ est inter x, y. Pone in æquatione $\sqrt{xx+yy}$ pro z , & $\frac{x}{\sqrt{xx+yy}}$ pro $\frac{Cc.\mu}{r}$, & habebis

$$xx+yy - 2bx + aa = 0, \text{ quæ in hunc modum constituitur. Abscinde } BC = b, \text{ & } CD = \sqrt{bb - aa}, \text{ atque hoc radio, & centro C circulum describe DME, erit ubique } BM, BaM = aa. \text{ Circulum quoque invenies si ponas } m = \frac{b \cdot Sc.\mu}{r}.$$

19. Quod si debeat n esse $= \frac{-bb \cdot rr}{2}$, quæ quantitas negativa indicat puncta sectionum posita esse ad diversas partes puncti, a quo procedunt secantes, quarum una erit proinde positiva, altera negativa, atque adeo earum rectangulum negativum, proveniet æquatio $zz - 2mz - \frac{b^2 r^2}{Sc.\mu^2} = 0$. Si poseres $m = a$, substitutis valoribus provenient æquatio $xx+yy - 2ax\sqrt{xx+yy} - bb = 0$, quæ expurgata, & liberata a radicalibus, fiet æquatio sexti gradus. Verum si facias $m = a$, $\frac{r \cdot Cc.\mu}{Sc.\mu}$, substitutis opportuolis valoribus prove-

$$\text{niet æquatio } xx+yy - \frac{2arx \cdot \sqrt{xx+yy}}{ry} - \frac{b^2 \cdot x^2 + y^2}{y^2} = 0, \text{ sive}$$

$y^2 - 2ax - bb = 0$, seu $yy = 2ax + x + \frac{bb}{aa}$, quæ est ad parabolam, atque hoc modo constituitur. Describatur parabola AM, (Fig.8) cujus parameter $= a$. In ejus axe sume AB $= \frac{bb}{aa}$. Si per punctum B ducas quamlibet MBaM, erit rectangulum BM, BaM ad quad. bb in ratione duplicata sinus totius ad sinum anguli

guli MBC. Si fuerit $b = a$, punctum B erit parabolæ focus.

20. Si duarum secantium summa debeat $= 2a$, orientur æquatio $\zeta z - 2az + \eta = 0$. Quomodocumque determinetur n per angulum μ , curva huic æquationi respon-
dens habebit duarum secantium summam constantem. Si $n = \frac{abr}{Cc.\mu}$, substitutis

valoribus, inter x, y orientur æquatio $xx + yy - 2az\sqrt{xx + yy} + \frac{ab\sqrt{xx + yy}}{x} = 0$,

quæ in hanc transit $x^4 + y^2 = a^2 \cdot ax - b^2$, quæ est æquatio quarti gradus.

21. Si non summa, aut rectangulum secantium, sed alia functio datur, hæc, ut antea docui, inveniatur expressa per m, n , atque ex hisce speciebus una per alteram determinetur, & in æquatione substituatur. Ita æquationem invenies continentem curvas omnes proposita proprietate gaudentes. Ad exemplum, si quadrata secantium debeat $= P$ datam aut absolute, aut per quantitates anguli μ ; inveniemus $n = 2m^2 - \frac{P}{z}$; unde æquatio $\zeta z - 2mz + 2m - \frac{P}{z} = 0$. Si

P, m ponatur constans, æquatio, quæ, eliminata z , ascendet ad quartum gradum, erit ad duos circulos. Calum hunc omittendum non censui, ut fit in exemplum cautionis, qua secantes eorum accipiendo sunt, quam curva ordinis superioris, aut coalefacat ex curvis ordinis inferioris, aut secus, secatur in pluribus quam in duo-
bus punctis. Disponatur æquatio in hunc modum $\zeta z - 2mz + mm = \frac{P}{z} - mm$.

Extrahatur radix quadrata $z - m = \pm \sqrt{\frac{P}{z} - mm}$. Si $\frac{P}{z} = mm$, haberemus $z = \sqrt{xx + yy} = m$, quæ est ad circulum, cujus radius $= m$, dum a centro di-
scendunt ζ . Quod apprime evidens est; nam utraque secans $= m$; ergo summa qua-
dratorum $= 2mm = P$. Verum si $\frac{P}{z} > mm$, at si $\frac{P}{z} = 5mm$ fieret

$z = \sqrt{xx + yy} = m \pm 2m$; quæ est ad duos circulos, quorum alter habet radium $= 3m$, alter radius $= -m$. Describantur itaque circuli duo, nempe FM,
(Fig. 9) cujus radius BF $= 3m$, & GM, cujus radius BG $= m$. Si agatur quælibet secans BM transvers per punctum B, secat duos circulos in punctis M,
 $2M, 3M, 4M$. Quoniam ex quatuor secantibus illæ duæ sunt, quarum quadra-
torum summa $= 10mm$, ut conditio postulat? Si accipias secantes definen-
tes in ejusdem circuli peripheriam, proprietatem minime invenies. Nam-

$BM^2 + B_2M^2 = 18mm$, & $B_2M^2 + B_3M^2 = 2mm$. Ergo accipiendo sunt secantes BM, B_2M , quæ definit in circumferentias duorum circulorum. Rea-
pse $BM^2 + B_2M^2 = 10mm$.

22. Ad alterum exemplum poso $P = 4aa$, & $m = \frac{a \cdot Sc.\mu}{r}$, ut substitu-

tis his valoribus, æquatio fiat $\zeta z - \frac{2az \cdot Sc.\mu}{r} + \frac{2aa \cdot Sc.\mu}{z} - 2aa = 0$, sive

$\zeta z - \frac{2az \cdot Sc.\mu}{r} - \frac{2aa \cdot Cc.\mu}{rr} = 0$. Nunc transeo ad æquationem datam
per

per x, y , & invenio $xx + yy - 2xy - \frac{2axx}{x^2 + y^2} = 0$ siue

$\frac{x^2 + y^2 - 2xy}{x^2 + y^2} - 2ax = 0$. Quia est ad curvam quarti gradus prædictam conditione, ut duarum secantium quadrata resulant $4aa$.

23. Quia hactenus dicta sunt, de duabus secantibus ostendunt, quomodo solvendæ sunt quæstiones pertinentes ad tres, quatuor, plurimæ secantes, quoties proprietas propoita exprimatur per coefficientes terminorum æquationis, quæ affumitur. Hujus autem generis problemata omittenda non erant, quia peculiarem methodum ad sui solutionem exposcent.

F I N I S T O M I T R I M I .

Vidit




Fig. 5.





Fig. 8.




Fig. 9.



Vidit D. Johannes Maria Vidari Clericus Regularis Sancti Pauli, & in Ecclesia Metropolitana Bononia Panitentiarius pro Eminentissimo, & Reverendissimo Domino D. Vincentio Cardinali Malveto Archiepiscopo Bononia, & S. R. I. Principe.

Die 26. Martii 1763.

A. R. P. Carolus Maria Offredi Ord. Theatinorum Pub. in Univ. Bonon. Professor, & S. Off. Revisor ordinarius videat pro S. O. & referat.

F. Seraphinus Maria Maccarinelli S. O. Bonon. Inq. Coadjutor.

30. Martii 1763.

Egregium opus inscriptum = *Institutiones Analytice collecte a Vincentio Ricciaco Soc. Jesu, & Hieronymo Saladino Monaco Calestino, Tomus Primus* = de mandato Reverendissimi Patris Seraphini Mariae Maccarinelli S. O. Bononiæ Inquisitoris Coadiutoris attente perlegi, nihilque in eo occurrit Fidei, aut bonis moribus contrarium: quapropter dignum censeo, ut publica luce donerur. In quorum fidem &c.

Ex Ædibus S. Bartholomei Apost. Clericorum Regulatium Bononiæ tertio Kal. Aprilis 1763.

*D. Carolus Maria Offredi C. R. in Bononiensi Archigymn. Pub. S. T. Lector
& S. O. Revisor Ord.*

Die 31. Martii 1763.

Stante supra scripta attestatione.

IN PRIMATUR

F. Seraphinus Maria Maccarinelli S. O. Bononia Inquisit. Coadjutor.

A01 1462446



